


Valentin Schacht

**Disputatio Theologica || DE SACROSANCTO || BAPTISMO || pro cujus Thesibus ||
per Dei omnipotentis gratiam || Sub praesidio || ... D. VALENTINI SCHACHTII,||
SS. Theologiae Doctoris & Professoris ... || in Aca-||demiâ Rostochiensi || publicè
respondebit || pro gradu Doctoris S.S. Theologiae consequendo || M. NICOLAVS
PETRAEVS || Husanus Holsatus, Ecclesiae Cathedralis et Dioeceseos ||
Receburgensis Superintendens.|| Ad diem 23. Iulij ... ||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1600

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1890826456>

Druck Freier  Zugang



Disputatio Theologica
DE SACROSANCTO
BAPTISMO

pro cuius Thesisibus
per Dei omnipotentis gratiam

Sub praesidio

Reverendi & clarissimi viri
D. VALENTINI SCHACHTII
SS. Theologiae Doctoris & Professoris, atq;
Collegii Theologici Decani in Aca-
demiâ Rostochiensî

publicè respondebit

pro gradu Doctoris S. S. Theologiae consequendo
M. NICOLAUS PETREVS
Hufanus Holsatus, Ecclesiae Cathedralis & Dioceseos
Ratzeburgensis Superintendentens.

Ad diem 23. Iulij, iniio facto ad horam 6. matutinam
in Auditorio magno.

ROSTOCHII,
Excudebat Stephanus Myliander, Anno M. D. C.

M
Rostock
Theol. Fak.

A 64-3303

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin





THESES DE BAPTISMO.

Thesis I.



VIA CONSTITVTVM EST, VT HOC TEM-
pore doctrinā veram & incorruptam de sacro Baptismo
in distinctas theses publicā disputatione examinandas
resolutam proponamus; munus id per Dei gratiam ita
exsequemur, ut apertum fiat, nos eam tum ex veris &
immutis verbi divini fundamentis exstructam, tum ab
omnis generis perniciosis erroribus à veritatis divina semitā utrinq; exorbi-
tantibus segregatam diligentia & perspicuitate, quantā fieri potuerat, re-
petivisse.

2. Sed cum omnia & singula, etiam minutissima quæq; ad hanc doctri-
nam pertinentia, his thesibus proponere & enodare, vel difficile, vel non
necessarium videatur, & atroxia res per se explicatas & perspicuas tricis &
obscuritatum variarum nebulis soleat involvere, totam futuram tractatio-
nem in certos quasi carceres & ad distinctum ordinem sex generalibus de-
scriptum capitibus revocabimus: quæ erant I. De Baptismi definitione.
II. Institutione. III. Unica. e. IV. Necessitate. V. Administra-
tione. VI. Effectu. Atq; de istis ordine, auditis primum & ponderatis
antagonistarum & diversam à nostris Ecclesijs opinionem sequentium placi-
tis, scripturæ & veræ Ecclesiæ sententiam exponemus.

3. Caput primum DE DEFINITIONE. Hæc est tum No-
minis, complectens βαπτισμὸς & οὐνοβαπτισμὸς: tum Rei. Et illa quidem præ-
mittenda. Itaq; Nomen, seu vox, βαπτισμὸς, ut & βαπτισμὸς, οὐνοβαπτισμὸς est;
& vel tropicè, vel propriè in scripturâ usurpatur. Tropicè, vel pro passio-
ne & cruce Christi & Apostolorum Matth. 20. v. 22. & 23. Marci 10. v. 38.
& 39. Luc. 12. v. 50. vel pro totâ doctrinâ Iohannis baptiste Actor. 18. v. 25.
vel pro peculiari donorum Spiritus sancti effusione. Act. 1. v. 5. Propriè
vero, vel generaliter, vel specialiter. Generaliter iuxta etymologiam
proprianam

propriam, vel pro immersione in aquam, vel tam pro aspersione, quam pro
ablutione; sicut Marc. 7. v. 4. de lotionibus Pharisaicis, & Hebr. 9. v. 10.
de Iudaicis purificationibus accipitur. vel Specialiter, in propriissimâ Eccle-
siae significatione pro altero illo novi Testamenti Sacramento, quod Initiationis
Sacramentum nominant. Matth. 3. v. 6. & 7. Marc. 1. v. 4. Luc. 3. v. 3.
7. 16. 21. Iohan. 1. v. 26. Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 16. Act. 2. v. 38.
& 42. capit. 8. v. 35. & 38. cap. 10. v. 48. Rom. 6. v. 3. & 4. 1. Corin. 12.
v. 13. Gal. 3. v. 27. Eph. 4. v. 5. quæ significatio huic tractationi propria est.

4. Sunt autem Baptismi istâ determinati significatione & in scripturâ
& apud Patres $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\iota$ & $\psi\iota\sigma\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\iota$. In scripturâ nominatur vel sy-
necdochicè Aqua. 1. Iohan. 5. v. 8. $\psi\iota\sigma\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\iota$ $\lambda\alpha\upsilon\alpha\kappa\rho\upsilon\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\iota$ lavacrum aquæ. Eph. 5.
v. 26. lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti Tit. 3. v. 5.
circumcisio $\alpha\chi\epsilon\rho\sigma\pi\omicron\tau\iota\sigma\mu\iota$, & Christi, Coloss. 2. v. 11. Apud Patres variæ sunt
& multæ: ut quod dicitur $\theta\epsilon\omicron\gamma\epsilon\mu\sigma\iota\alpha$, $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\sigma\mu\alpha$, $\theta\omega\lambda\omicron\mu\alpha\delta\epsilon$, $\tau\iota\lambda\epsilon\omicron\mu$, $\chi\epsilon\iota\sigma\mu\alpha$,
 $\alpha\phi\omicron\alpha\sigma\iota\alpha\varsigma$ $\iota\upsilon\delta\mu\alpha$, &c. quæ, ut vel veram baptismi dignitatem & maje-
statem, vel ejusdem verum & verbo DEI convenientem effectum insi-
nuantes, ex patrum mente accipiendæ, & nequaquam ad absurda & com-
menta contra patrum mentem torquendæ sunt.

5. Iam nec necessarium est, nec vtili foret, omnes omnium Pontificio-
rum, Anabaptistarum, Sacramentariorum & aliarum sectarum $\delta\iota\alpha\chi\omicron\phi\alpha\epsilon$
producere & examinare: etenim, cum illi q. $\omicron\mu\omicron\upsilon\mu\alpha\delta\delta\upsilon$ in baptismi digni-
tate, substantiâ, virtute & efficaciâ convellendâ & labefactandâ operam
suam collocent, sicuti in progressu manifestum faciemus, quo loco eorum de-
scriptiones pleræq; habendæ, & quam accurato studio ad verbi divini cano-
nem probandæ sint, ii omnes facile judicabunt, quibus cognita est hominum
istorum impietas.

6. Sed imprimis Sacramentariorum natura attendenda est: horum
enim ista est $\omega\beta\epsilon\iota\alpha$ & versutia, ut in varias sese formas mutantes, quo im-
peritis & incautis fucum faciant, & virus suum tacitè instillent, sæpius
quidem linguam ac Phrases mutant, atq; ad scripturæ & Ecclesiæ idioma at-
temperant, mentem verò & sensum reverâ nunquam corrigant.

7. Apud Ecclesiæ Doctores orthodoxos tum veteres, tum illos, qui tem-
pore resurgentis Evangelii vixerunt, variæ occurrunt descriptione: quæ
ut vel ad temporis statum, vel ad tractationis diversæ institutum vel con-
troversiarum diversarum motus directæ & accommodatæ, piè accipiendæ, &
cum judicio $\delta\iota\alpha\chi\omicron\phi\alpha\epsilon$ explicandæ sunt.

8. Recen-

8. Recentiores verò gliscentibus indies certaminibus Iovinianusq; ex scripturâ deprompserunt definitiones, ut de ἐκ τῶν πλείων plerasq; baptisimi causas, seu totam eius indolem contra hostium strophas & ἐπιχλησίου picrum hominum oculis subjicerent.

9. His ista accensenda est nostro instituto maximè accommodata: BAPTISMVS est sacramentum initiationis in novo Testamento à Deo institutū constans aquâ & verbo Dei, quo homo peccator in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti aquâ à baptizante aspersus, interveniente Spiritus sancti efficaciâ & fide propriâ regeneratur, a peccatis mundatur, in filium adoptatur, & in sempiternum cum Deo fœdus recipitur, ut remissione peccatorum impenetratâ & carne mortificatâ bonâ conscientia coram Deo vivat, & æternæ vitæ hereditatem consequatur: quæ definitio ex quibus scripturæ fundamentis exstructa sit, ex sequentibus cognoscendum est.

10. Caput secundum DE INSTITVTIONE. Circa institutionem quinq; cumprimis membra explicanda sunt, sc. 1. De Auctore. 2. modo. 3. tempore. 4. materiâ. 5. formâ.

11. I. De auctore. Auctor hujus sacramenti Deus est: nam 1. Iohan. Baptista Deum auctorem clarè profitetur, ab eo se missum esse ad baptizandum Iohan. 1. v. 32. pronuncians. quod & apud eundem Evangelistam cap. 1. v. 6. Matth. 21. v. 25. Luc. 3. v. 2. cap. 7. v. 30. indicatur, Idem 2. mandatum Christi Apostolos in orbem terrarum ad baptizandum omnes gentes amandantis Matth. 28. v. 19. Et 3. effectus, qui non nisi divinâ virtute & efficaciâ produci possunt, firmissimè comprobant. 4. sed & idèò divinæ ordinationis est, quia Sacramentum est, quod instituere soli Deo competit. 5. succedit etiam Circumcisioni Colos. 2. v. 10. & 11. At circumcisio à Deo instituta. Ergo & Baptismus qui circumcisioni succedit. Si quis tamen Christum auctorem Baptisimi proximum, ad ejus mandatum Matth. 28. v. 19. respiciens, nominare voluerit, sine omni id fieri posse periculo judicamus.

12. II. De modo. Modus institutionis diversus est, & quidem duplex. Immediatus & mediatus. Immediatus, quatenus Deus immediatè Iohanni Baptisimum incoandum mandavit, juxta dicta Luc. 3. v. 2. Et factum est verbum Domini super Iohannem. Iohan. 1. v. 6. Homo missus à Deo. v. 32. Qui misit me baptizare; & quatenus Deus per filium suum munus baptizandi à Iohanne incoatum Apostolis ante ejus passionem apud Iudæos exercendum Iohan. 3. v. 22. & 26. & cap. 4. v. 1. post ejus resurrectionem ipsam inter omnes gentes administrandum injunxit. Mediatus, quatenus ille

horum successoribus apud gentes in orbe universo ad finem mundi continuandum mediatè demandatus est. Matth. 27. v. 19.

a) lib. 4. Dist. 3. c. 4. S. de institutione fol. 158. fa. 2. col. 1.
b) Tom. 2. cont. 2. Gen. li. 1. de Bap. c. 5. fa. 27. in octavo.
c) loco prædicto S. si vero.
d) Henr. de Vrimarya in addit. hic.
e) sum. par. 3. quæst. 66 art. 2.
f) loco prædicto.
g) Henr. de Vrimarya in Addit. ad c. 1. lib. 4. Dist. 3. Magistri sententiarum.

13. III. De tempore. De tempore institutionis Baptismi varias esse sententias, Magister sententiarum (a) refert: duas tantum ex illis recensens 1. Quosdam sc. ante resurrectionem, Christo ad Nicodemum Ioh. 3. v. 5. dicente. Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & spiritu &c. 2. Quosdam verò post resurrectionem per solenne Christi mandatum Matth. 28. v. 19. institutum esse, asserere. Bellarminus (b) plurimas esse Scholasticorum de hac quæstione opiniones fatetur: sed Magister sententiarum: (c) commodius esse dicit, tempore baptismatis Christi à Iohanne in Iordane accepti, Matth. 3. v. 16. institutionem esse factam statuere. quam sententiam & Magistri Glossatores (d) & Thomas de Aquino (e) & Bellarminus ipse (f) sequuntur: licet Thomas VERE tum institutum fuisse sentiat; Bellarminus verò non ut certam, sed ut communiorem & probabiliorem opinionem recipiat.

14. Sed hæc opiniones falsæ sunt, & multa gignunt iræpõdõxã: nam 1. baptismi Christi à Iohanne accepti, Marc. 1. v. 9. Luc. 3. v. 21. & 2. Baptismi ab Apostolis ante mortem Domini administrati veritatem secunda convellit. 3. Omnes Spiritum sanctum baptismum à DEO primum per ministerium Iohannis institutum esse Iohan. 1. vers. 32. docentem, mendacii arguunt. 4. Baptismum ante hoc confectum tempus à Iohanne administratum omniprivant efficaciam & fructu, contra textum Luc. 3. v. 3. Et 5. duo diversa introducunt novi Testamenti baptismata, quod Apostolus Ephes. 4. v. 5. falsum esse docet.

15. Baptismum igitur unà cum N. Test. ministerio cœpisse vera & Orthodoxa est sententia. Est enim huius ministerii pars & Sacramentum, per quod primum in fœdus DEI recipimur. At Nov. Testam. ministerium cum Iohan. Baptista initium habuisse Christus ipse Matth. 11. v. 13. Luc. 16. v. 16. confirmat. Ergò cum eodem hoc quoq; Novi Testamenti sacramentum initiale cœpisse fatendum est. 2. Atq; hoc est, quod Deus ipse ut Baptismi Iohannis auctor introducitur Luc. 3. vers. 2. Iohan. 1. v. 6. & 32. Vnde merito affectata tum scholasticorum, tum Iesuitarum ignorantia deploranda est.

16. IIII. De materiã. Hæc continet partes baptismi substantiales. Pontifici dicunt (g) quinq; esse de baptismi substantiã. 1. baptizantem. 2. baptizandum. 3. aquam. 4. verborum formam. 5. intentionem (ministri) vel specialem, scil. istum mundandum per baptismum

primum à peccatis : vel generalem, sc. faciendi, quod facit Ecclesia. Calviniani (h) docent, partes essentielles esse, signum & res significatas.

17. Atqui, & illorum & istorum opinio falsa est. Illi enim 1. substantiam baptismi nimis generaliter extendunt, etiam ad illas causas, quæ non sunt *οὐσα*. quod quam *ἄτοπον* sit, patet. Etenim baptizans ad causam efficientem instrumentalem exteriorem, non constituentem reducitur : & baptizandus ad objectum seu causam materialem circa quam ; & semper præsupponitur ; nec ullo modo ipsam baptismi ingreditur substantiam. 2. Nam & distinctæ sunt quæstiones, quæ ad baptismi substantiam, & ejus actum seu administrationem requirantur. 3. Et licet Magister sentent. (i) Thomas (k) Bellarminus (l) & reliqui omnes Pontificii, uno Ambrosio Catharino Dominicano, ut testatur Iesuita, excepto, intentionem ministri, sive generalem, sive particularem, ad baptismi perfectionem necessariam esse doceant, revera tamen nihil est in homine, quomodocunq; exornetur, quod baptismum possit vel constituere, vel perficere ; sicut in progressu apertum fiet.

18. Ita istorum quoq; partes essentielles non subsistunt. Nam 1. aqua, ut est nudum signum Calvinianum, nequaquam pars est : cum in baptismo non sit tale, ut in capit. ult. videbimus. 2. quid autem per res significatas intelligant, ex eorum Consensu orthodoxo (ut vocant) & aliis scriptis liquet, sc. (m) res spirituales, invisibiles, solâ fide accipiendas, seu omnia Christi beneficentia, de quibus concionatur Evangelium. At hæc Sacramenti substantiam non ingrediuntur. sed fructum ejus fide propriâ apprehendendum concernunt. Studio autem singulari substantiam à fructu baptismi distinguendam esse, mirum est, quod homines isti non velint intelligere. 3. & hic de partibus essentialibus propriis quæstio est. At res significatæ in Baptismo partis essentialis alterius loco à Calvinianis positæ, res quoq; significatæ sunt in omnibus aliis tum Vet. tum Nov Test. Sacramentis, & in ipso verbo (n). Vnde quanta oriatur *οὐρανοῦ*, & quantus *τοῦ πατρὸς ὄψωπ* cumulus, quis non videt ?

19. Sunt igitur ex Orthodoxorum sententiâ partes substantiales duæ : Elementum aquæ & Verbum institutionis Ego baptizo te, &c.

20. De parte priori Seleutiani & Hermiani (o) inter veteres hæreticos baptismum in aquâ non esse accipiendum judicabant. Hodie inter Calvinianos Theodorus Beza (p) quovis liquore alio aquâ permutari posse statuit. Sed hi, & his adherentes omnes, quid aliud agunt, quâ quod horrendas effundunt blasphemias & ordinem à Deo institutum sceleratè immutant ? cum tamen id, quod auctoritate

superioris

h) Beza in quest. &

resp. par. 2. quest. 103. fa. 83.

i) l. 4. D. 6. c. 4. §. solet etiam.

k) sum. par. 3. quæ. 64. art. 8.

l) Tom. 2. contr. 1. Genes. de sacram. in genere lib. 1. cap. 27.

fa. 151.

m) Za. urfi: volumine Tract. Theolog. Theol. de sacr. in genere thesi 29. fa. 347.

n) Vrsi ibid. Thes. 33. 37. & 39. fa. 348. et 349.

o) Aug. lib. de hæresib. cap. 59.

p) Epist. 2. ad Titium.

superioris ordinatum & institutum est, autoritate inferioris nequaquam mutari vel possit, vel debeat, vt rectissime Scholastici (q) docent.

6) Thomas de Argenti-
nâ in Ma-
gistr. sent.
lib. 4. dist.
3. artic. 2.

7) Fulgent.
de incarn.
& Gratiâ
Domini no-
stri I. C.
f. 729.

21. Sed inter orthodoxos de hac parte nulla est controversia: etenim omnes eam aquam esse constanter docent, Nam 1. Typi eam requirunt: diluuii Gen. 6. v. 7. 1. Pet. 3. v. 21. Maris rubri Exod. 15. 15. 1. Corin. 10. v. 1. & seqq. & alij. 2. ut eâ Iohannes baptista uteretur, mandatum à Domino acceperat Iohan. 1. v. 32. 3. Eâ quoq; baptista ad mandatum Domini constanter usus est. Matth. 3. v. 6. 7. 11. & 16. Marc. 1. v. 5. 8. & 9. Luc. 3. v. 16. Iohan. 1. v. 26. cap. 3. v. 23. 4. Eam Christus ipse severe requirit, Iohan. 3. v. 5. 5. Apostoli quoq; & horum discipuli eamdem tum ante Christi passionem, Iohan. 3. v. 22. & 26. cap. 4. v. 2. tum post ejus ascensionem, Actor. 8. v. 38. cap. 10. v. 47. Ephes. 5. v. 26. 1. Pet. 3. v. 21. & 22, semper adhibuerunt. 6. Nec eam in primitivâ Ecclesiâ à veris Doctoribus mutatam fuisse legimus. 7. Taceo jam, quod Prophete Baptismum aquæ prædixerunt. Ezech. 36. v. 25. Zach. 13. v. 1. mitto etiam, quod per aquam ex perfosso Christi latere fluentem baptismum aquæ notari Patres (r) monuerunt.

22. Vnde simpliciter nulli alium liquorem substituere integrum est; non etiam in casu privationis, cum aqua nulla potest haberi: nisi ex proaresti. 1. substantiam ipsam baptismi abolere. 2. in DEI ordinationem sacrilège peccare. 3. adorandum nomen Trinitatis cum elemento in verbo DEI non expresso per horribilem abusum copulare. & 4. baptizatum gravissimis Diaboli tentationibus exponere malitiosè cupiat. 5. Nam & alias in hoc casu baptismum differre consultius est, quam ordinem à DEO institutum summâ cum temeritate violare: cum sola sacramenti privatio neminem æterno supplicio subiciat.

23. Intellige autem hic aquam non metaphoricam, vel vim spiritualem emundandi nos à peccatis, vel totum verbi ministerium designantem, sicut Sacramentarij, textum Iohan. 3. v. 5. violenter & blasphemè exponunt; sed aquam veram, naturalem & elementarem, sive fluminum, sive fontium, sive maris: sicut ex scripturæ dictis thesi 27. citatis irrefragabiliter evincitur.

24. De parte posteriori non unam omnes Orthodoxi amplexantur sententiam alij ad dictum Iohannis 1. Epist. 1. v. 7. nos per sanguinem Christi à peccatis mundari docens, & ad analogiam sanguinis Christi & aque respicientes, sanguinem Christi hanc esse partem colligunt: alij pronunciatum Christi,

Christi, Ioh. 3. v. 5. & dicto Pauli 2. Corint. 1. v. 22. innitentes, Spiritum sanctum partem *ουσαυλνδο* invisibilem esse volunt. Alii utrumq; Spiritum sanctum & sanguinem Christi copulant.

25. Hæ sententiæ etsi inter se variant, nulla tamen dextrè explicata falsa aut rejicienda est. Nam quod ad sanguinem Christi, is à baptismo abesse non potest: cum Christus non tantum quâ Deus sed etiam quâ homo in omni baptismo præsens sit, paratus, ut nos mediante fide per asperisionem sanguinis sui à peccatis nostris emundet, quod in hoc actu officium Christi proprium esse credendum est. Eodem modo & Spiritus S. in omni baptismo concurrir, quatenus omnibus baptizatis operationem salutarem fide apprehendam promptè satis offert; quod ipsa testatur administratio, quæ in nomine totius sanctæ Trinitatis peragitur; & fœdus, quod inter hominem & totam sancitur Trinitatem: quæ in hac actione non tantum ut *ουσαυλνδο*, sed etiam ut *ουσαυλνδο* & *ουσαυλνδο* baptismi *αυλο* concurrir. Ex quibus, quomodo sanguis Christi & Spiritus sanctus conjungi possint, intelligere licet.

26. Veteres autem pleriq; partem substantialem verbum esse docent: non quodvis, sed 1. verbum *ουσαυλνδο*, seu mandati & ordinationis divinae, Matth. 28. v. 19. sc. omnes baptizandos esse in nomine patris, filii & spiritus sancti; & hujus per formulam accommodatam in usu recitationem. 2. verbum *ουσαυλνδο*, seu promissionem gratiæ Evangelio propriam Marc. 16. v. 16.

27. Horum sententiam ut potissimum sequamur, istæ nos movent rationes. 1. quia de sacramentorum substantiâ ex propria sede judicandum est, juxta certissimum & immotum principium Theologicum. 2. ne quæstiones de baptismi substantiâ & efficaciâ verè inter se distinctas confundere videamur. 3. ne per aliam sententiam vel Sacramentariorum calumniis fores aperiamus: vel iis occasionem absurda & falsa *ουσαυλνδο* colligendi præbeamus.

28. Iam hæc pars, seu hoc verbum, partem alteram seu aquam baptismi in ipso actu verè sanctificat & ab omnibus aliis aquis longissimè segregat; aliâs ratione substantiæ ab illis non distinctam: omnem baptismati tribuit efficaciam, & aquæ vitam q. & animam impertit: ut hinc nec *ουσαυλνδο*, nec immeritò baptismi Forma dici mereatur.

29. Porro hæc duæ partes in usu tam arcto vinculo inter se absq; omni confusione copulatæ sunt, ut sine summâ impietate divelli nequeant. Sicut à Christo Matth. 28. v. 19. & Paulo Ephes. 5. v. 26. & alibi conjunguntur: nam neq; prior sine posteriori neq; posterior sine priori baptismi nomen sorti-

B

tur; sed

tur; sed aqua cum verbo, & verbum cum aqua ad unum connexum
baptismi constituit & perfectionem, & integritatem. quae per qualitatem,
vel administrantis, vel suscipientis distrabi, aut labefactari nullo modo potest:
nam quicumq; his duabus partibus, pie, integrè & indivulsè retentis, bapti-
zatus fuerit, eum verè & integrè baptizatum esse indubitanter credendum
& intrepidè docendum est.

30. V. De formâ. Hæc ut verbo $\tau\omicron\sigma\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ descripta & totam actionem
expressâ voce divinâ ordinatam comprehendens duabus constat partibus 1.
unâ immersione in aquam, vel aspersione, verbo Baptizate, denotatâ: 2. al-
terâ formulæ verborum ab ipso Christo Matth. ult. v. 19. (sc. in nomine Pa-
tris, Filii, & Spiritus sancti) præscriptæ pronuntiatione.

31. De primâ parte, non tantum, an vel immersio, vel aspersio, sed
etiam quoties, vel illa, vel ista, fieri debeat, non una est omnium sententia.
Græci immersionem urgentes nullâ ratione mutandam eam esse judicant.
Ab his dissentiant nostræ Ecclesiæ, rem esse $\alpha\delta\iota\alpha\pi\omicron\sigma\omicron\upsilon\varsigma$ docentes, sive Ecclesia
immersione in aquam, sive aspersione utatur. Nam 1. in scripturâ nihil ex-
pressè præceptum, an immersio, an verò aspersio necessariò retinenda sit. 2. si-
gnificatiò vocis $\beta\alpha\tau\iota\zeta\omicron\upsilon$ nec illam, nec istam tantum, sed utramq; admittit,
Sicuti Marc. 7. v. 4. Luc. 11. v. 38. videre est. 3. Mersio quoq; responder
suo typo sc. diluvio: aspersio suo typo, nempe sanguini pecuino sacrificiorum,
quo in Vet. Test. sancti Patres, & præsertim Sacerdotes tincti & aspersi, non
immersi fuerunt. Exod. 29. v. 21.

32. Sic Græci quoq; trinam præcisè requirunt immersionem, sicut apud
Sozomenum, (s) non obscure licet animadvertere. sed & hic nostræ Ecclesiæ
(ita & Lombardus sentit lib. 4. Distinct. 3. cap. 6. S. de immersione) indiffe-
rens esse docent, sive trina, sive unica fiat immersio, vel aspersio: quomodo
etiam hac in parte non unus semper modus est observatus: nam & trina &
unica immersio ob suas adhibetur significationes: trina quidem tum pro-
pter mysterium adorandæ Trinitatis, tum propter mysterium triduanæ
Christi sepulture: unica verò propter essentiæ Divinitatis unitatem. (t)

33. Est verò hæc pars $\delta\iota\alpha\pi\omicron\sigma\omicron\upsilon$ est, ita tamen libertate Christianâ
utendum esse notandum est. 1. ne sacramento, aut ejus substantiæ quidquam
decedat. 2. ne offendantur alii alio modo baptizati, vel de salute dubitent,
vel baptismum iterare cupiant. 3. ne à more Ecclesiæ temerè recedatur.
quod diligentissimè retinendum.

Nli. 6. Hist.
Eccl. c. 26.
mibi fa.
730. lit. D.
t) Lombardus
ibid. ex
Gregor. &
August. re-
citatur et-
iam in De-
cre: Grati-
par. 3. de
consecrat.
Dist. 4. de
Bapt. c. 78.
& 80. Col.
1226. &
1227.

34. Alte-

34. Alteram partem scil. formulam verborum à Christo Matth. 28. vers. 19. traditam heretici quidam mutarunt: quales illi 1. fuerunt, qui Apostolorum tempore in tres principio carentes, h. e. Patres, vel tres Filios, vel tres Paraletos baptizarunt; sicuti colligitur ex Canone Apostolico 48. is enim omnem sive Episcopum, sive presbyterum ita baptizantem deponendum esse prescribit. 2. Gnostici (u) qui suos ad aquam deductos in nomen ignoti patris universorum, in veritatem omnium matrem, in Iesu, qui descendit in unionem, & redemptionem & communicationem virtutum baptizarunt. 3. Arriani (x) pleriq; qui in nomine Patris, per Filiam, & in Spiritu sancto: 4. Eunomiani (y) qui in Christi mortem tingeant.

35. Sed hi omnes, & si qui sunt alii, qui à præscriptâ verborum formulâ recesserunt, nihil aliud egerunt, quàm quod suam stultitiam æterni DEI sapientiæ, sua somnia expresso Dei verbo temerè & malitiosè pratulerunt: nobis interim præbentes indicium, quam proclivè sit, verbo Dei neglecto, in tetros & horrendos errores prorurere.

36. Itaq; formula à Christo præscripta sola religiosissimè & immutabiliter tam quoad verba (actui tamen congruentia), quam quoad ordinem retinenda & usurpanda est, 1. quia Christus eam præscripsit Matth. 28. vers. 19. At ei parere nostrum est. 2. quia Apostoli constanter eâ usi sunt: nam quod Scholastici (z) non intelligentes phrasin Actor. 2. v. 38. cap. 19. v. 6. istos primùm formulam mutasse contendunt, & ex divinâ dispensatione & Spiritus sancti revelatione in nomine Christi ad tempus baptizasse, ut nomen Christi laudabilius & celebrius divulgaretur, insana est, omni scripturæ carens fundamentum: etenim cum Christus Matth. 28. vers. 20. paullo ante ascensionem suam in cœlos mandatam eis dedisset, ut homines docerent servare OMNIA quæcunq; illis mandarant; quis credat, eos ipsos huius tam expressi præcepti unquam fuisse oblitos, & à præscriptâ verborum formulâ in baptismo pronuntiandâ discessisse? 3. quia à sinceris Ecclesiæ Doctoribus nullo unquam tempore mutata, sed sanctissimè retenta, & contra hereticos acerrimè propugnata fuit: sicut eorum scripta satis superq; demonstrant.

37. Cur autem de tribus personis explicitè exprimendis mandatum Christus dederit, cum tamen unâ nominatâ & reliquæ propter essentiæ identitatem simul nominentur, & unâ præsentem reliquæ etiam præsentem sint, nostrum non est curiosus inquirere: nam & CHRISTUM huius sui præcepti causas habuisse, dubium non est: & cum trium personarum

Canones hi
Apostolici à
Clemente
collecti in
corpore ju:
Cano: ad finem
Decr:
Grati: le-
guntur.

u) Ireneus
lib. 1. c. 18.
fa. 72 lege
ibi de aliis
quosq;

x) Niceph.
lib. 16. c. 35.
y) Socrates
lib. 5. Hist.
Eccl. c. 23.
fa. 447.

z) Thomas
de Argent.
in Magist.
sent. lib. 4.
Dist. 3. art.
2. & alii.

invocatio propria & singularia singularum beneficia in baptismi usu in memoriam nobis revocet, & de earundem in nostro baptismo solenni & efficaci presentia eum, qui baptizatur, coram sanctificante & salvante manifestum testimonium perhibeat, explicatam earum mentionem fieri utile est.

38. Sed hic de verborum seu formulæ pronunciatione ista tenenda est cautio: Etsi verba formulæ à Christo præscriptæ in plurali enunciata sunt: sola tamen illa ex his verbis desumptæ verborum forma, quæ singulis individuis in usu generalis promissio gratiæ seorsim & nominatim q. appropriatur, usurpanda est: cum ex parte Dei non tantum ad beneficiorum divinarum in baptismo oblationem, applicationem, & obsignationem, sed ex nostrâ quoq; parte ad consolationis vim & efficaciam accommodatissima sit. Talis est illa forma, quæ in nostris Ecclesiis utimur: Ego te baptizo in nomine patris, filii & spiritus sancti: in hac enim 1. per ð Ego baptizandi actus, quatenus baptizans muneri suo satisfacit. 2. per ð TE persona individua, quæ baptizatur. 3. per ð In nomine patris, filii & spiritus sancti, personæ, in quarum nomine quis baptizatur, & cum quibus fœdus initur, designantur & exprimentur.

a) Thomas de Argent. ut supra & Aquinas etiam hic in Eundē.

b) Magist. sent. l. 4. d. 2. c. 2. §. ad quid. fa. 157 col. 2. & multi scholastici referente Bel-lar. loco notato c. 19. fa. 109.

39. Ita Græcorum (a) formulam, sc. baptizetur N. servus Christi in nomine patris, filii, & spiritus sancti, non rejicimus, nam & 1. per hanc individuo generalis promissio gratiæ seorsim & nominatim applicatur. Et 2. hæc diversitas utpotè baptismi consuetudo seu consuetudo inviolata relinquens, nec legitimiæ ejus administrationi, nec ejus integritati ullam vim infert. Et 3. aliàs expressio quidem actus ministri & personæ quæ baptizatur, in usu necessaria est: at non exprimendi ratio seu modus. quem tamen nec temerè nec privato judicio cuiquam mutare licet. Quin potius communiorem & accommodatiorem formulam piè & devotè retinendam, nec si exprimendi modus pius, in Ecclesiâ probatus, & institutioni conveniens in usu fuerit adhibitus, baptismum iterandum esse censemus.

40. Caput tertium DE VNITATE. An unus tantum sit novi Testamenti baptismus hoc capite aperiendum est. Movent autem hoc in loco, & Pontificii & Sacramentarii turbas non necessarias. Pontificii duplicem novi testam. fingant baptismum, unum Iohannis, alterum Christi. quod ut clarius intelligi, & ex scripturâ facilius everti possit, eorum de baptismo Iohannis opiniones producendæ sunt.

41. Hæ præcipuè quatuor sunt. 1. Eum non dici posse sacramentum, nisi eo modo, quo signa legalia sacramenta dicuntur (b). 2. Non fuisse sacramentum

cramentum idem cum baptismo Christi, sed ab ipso Iohanne quod ad ritum in particulari, quo baptizavit, institutum, & istius proprium esse: non à Deo, nisi quatenus Iohanni generali inspiratione, mandatum baptizandi dederit (c) 3. Non habuisse eandem vim & efficaciam, quam habet baptismus Christi (d) nihil in eo factum, quod non à quovis homine fieri potuisset (e). exterius seu corpus tantum mundasse; remissionem peccatorum & spiritum sanctum non contulisse; sed homines tantum usu baptizandi ad baptismum Christi præparasse, & rem sacram, h. e. baptismum Christi significasse (f). 4. post hunc necessariò Christi baptisma percipiendum fuisse (g). Ex quibus, quod thesi præcedenti de dupl. baptismo dicebamus, certum esse patet.

42. Sed & vetus Patrum plerorumq; fuit sententia, baptismum Iohannis baptismum Christi præparatorium & præministratorium fuisse: non contulisse spiritum sanctum: non habuisse remissionem peccatorum: Ideoq; alium & à Christi baptismo diversum esse. Vnde ex his Pontificios occasionem errores fabricandi & cumulandi desumpsisse verisimile est.

43. Etsi autem inter baptismum Iohannis & Christi differentiam quamdam certo respectu haud inviti concedimus: dum sc. ille in venientem collatus fuit, hic verò exhibitum Messiam intuetur: dum etiam hic illi maiore spiritus sancti donorum visibilibus & invisibilibus ubertate unà cum luce Evangelii post Christi glorificationem effulgescente non parum præstat. Etsi etiam de baptismo Iohannis & singulis ejus ^{et per se} acerbè disputandum non esse scimus: tamen Concilii Tridentini (h) omnibus baptismum Iohannis eandem cum baptismo Christi vim habuisse dicentibus, anathematis fulmen intentantis impudentiam retundendam, & has Pontificiorum opiniones à verbo Dei alienas esse judicamus.

44. Nam quod ad primam, illa Bellarnimo ipsi (i) improbat, cum Iohannis Baptisma in sine veteris legis cæperit, & nequaquam ad istam, sed ad novam legem pertinuerit, 2. Et si probetur, Sacramentum intermedium ponendum, quod ^{ἀνάλογον} foret.

45. Reliquis tribus opinionibus hæc opponenda sunt fundamenta: nam nos ductum scripturæ sequentes, neq; quoad auctorem, neq; quoad essentiam, neq; quoad effectus & dona communia, inter baptisma Iohannis & Christi seu Apostolorum ullum discrimen agnoscimus, sed unum idemq; esse docemus.

1. Quod ad auctorem. Etenim baptismatis Apostolorum auctorem esse DEVM, nemo dubitat. At & DEVS baptismi Iohannis auctor est, & institutor, juxta expressa testimonia, Matth. 21. v. 25. Luc. 3. v. 2. & 1. 7. v. 30.

c) Bellar. c.

20. fa. 110.

d) idem ca.

21. fa. 112.

e) Mag. sen.

ibi. Thomas

par. 3. sum.

quæst. 38.

art. 2.

f) Mag. sen.

ibio.

g) Bellar.

ut supra c.

22. fa. 119.

Thomas ut

sup. art. 6.

h) sessio 7.

can. 7.

i) ut sup. c.

19. fa. 109.

k) Vrsi. Ex-
plic. cate.
par. 3. de
bapt. thes. 7
& 9 fa. 112
113. Marty.
in Loc. com.
claf. 4. loc.
8. de bapt.
passim.
Muscul. in
loc. com. de
bapt. fac.
540. Zeged.
in loc. com.
tab. 1. de
bapt. f. 116.
l) Zeged. ib.
& tab. 2.
fa. 167. A-
retius in
Marc. ca. 1.

Ioh. 1. v. 6. & 32. 2. Quod ad essentiam. 1. Apostoli baptizarunt aqua
Act. 10. v. 47. Eadem & Iohannes, Ioh. 1. v. 32. 2. Illi baptizarunt in
nomine Patris, Filii & Spiritus sancti, sed & hunc perfectissimam formam usum
fuisse credendum est. ita 3. illi apud suos auditores ante baptismum de Chri-
sto concionati sunt, Act. 10. Hic quoque testimonium perhibuit de lumine, h. e.
Christo, Ioh. 1. v. 7. & 8. 4. Illi inter adultos non nisi poenitentes & cre-
dentes admiserunt, Act. 2. v. 28. ita nec hic alios, Marc. 1. v. 5. 5. Non ne-
gandum est illud: ne Christum caput nostrum alio, quam nos, qui membra
ipsius sumus, baptismo usum esse dicere cogamur: quod absurdissimum foret.
46. 3. Quod ad effectus, Hi utriusque baptismo communes sunt. De effecti-
bus Christi baptismatis, quin illi sint, remissio peccatorum, Spiritus S. dona-
tio, regeneratio & c. ut post docebatur, pius non dubitat. At eosdem effectus
Iohannis baptismi habuisse ex his patet: quia 1. Marc. 1. v. 4. Luc. 3. v. 3.
aperte dicitur Iohannes predicasse baptismum poenitentiae in remissionem
peccatorum: quae Evangelistarum phrasis cum phrasi à Petro Act. 2. v. 38.
de Apostolorum baptismo usurpata per *συμμετρίαν* convenit. Vnde utrobique
poenitentia Spiritu S. fide, regeneratione, & remissione peccatorum vestita
non ratione significationis, preparationis aut dispositionis, sed ratione vere
& dispensationis intelligenda est. 2. Iohanne adhuc publico
baptizandi munere fungente Christus ipse, Iohan. 3. v. 5. per ejus baptismum
homines renasci, & Spiritum S. illi adesse disertè testatur.
47. 3. Iohannes Matth. 3. v. 7. Luc. 3. v. 3. gravissimam suam concione sa-
tis indicat, credentes in Christum à se baptizatos statim absque omni temporis
intercapedine, remissionem peccatorum & omnia hanc consequentia beneficia
accipere. 4. Christus ipse à Iohanne baptizatus Matth. 3. v. 16. ejus bap-
tisma confirmavit, & nequaquam in baptizatis ociosam esse ceremoniam, aut
regenerationis fructu destitutam, evidentè indicavit. 5. Apostoli à Iohanne
baptizati Ioh. 1. v. 35. & seqq. salutarem baptismum acceperunt. 1. Pet. 2. v. 22.
Nam contrarium statuere *κατάδοξον* est. 6. Nec Apostoli, nec ulli alii à Io-
hanne baptizati baptismum iterarunt, aut rebaptizati sunt: hoc enim Ponti-
ficiorum dogma nullo scripturae testimonio aut exemplo probari potest: nam
exemplum Act. 19. v. 1. & seqq. huc detorquere, et violentum, et Anabaptisticum est.
48. Sacramentarii etsi baptismum Iohannis à Christi baptismum diversum
esse hactenus non docent; tamen ipsum Christi baptismum duplicem faciunt;
Externum & Internum (k) & hos duos specie & definitione, tempore, sub-
jectis & efficaciam differentes. Specie quidem seu definitione, docentes; Ex-
ternum

ternum tantum esse baptismum aquæ seu fluminis & ministrorum: Inter-
 num verò sanguinis Christi & spiritus, seu solius Christi (l) Tempore: illum
 ratione temporis sæpe præcedere, lunc verò subsequi (m). Subjectis seu ob-
 jectis: illum solum impiis contingere, hunc cum illo bonis conferri (n): seu
 illum tantum esse reprobos, utrumq; electorum (o). Efficaciâ: illum tantum
 esse interioris baptismi signû (p) corpus tantum mactare (q), seu effectum
 eius nihil esse (r): hunc verò interius operari & peccata nostra abluere (s). Et
 summatim, illû non esse verû (t) baptismû: nec VERE (quanta hæc sit blasphem-
 ia & quot insinuet $\omega\lambda\lambda\omicron\tau\omicron\delta\epsilon$ omnes pii perpendent) baptizari, qui illo tantû
 baptizetur, etiamsi toto Oceano tingatur (v) hunc verò esse verû baptismû. (x
 49. Hæc est Calvinianorum de hoc cap. $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\epsilon\tau\alpha$. ubi non semper ad verba
 & phrasas, sed ad sensum & mentem istorum hominû oculos dirigendos esse,
 notandum est: & quidquid etiam dicant, quibus unq; verborum ambagibus
 sese pallient, & errorem palpabilem tegere conentur. duplicem tamen eos ba-
 ptismû Christi revera constituere sciendum: Sicut ex his apertû. sed ad istud
 latius hic demonstrandum paratissimum præsentis instituti ratio retrahit.
 50. Etsi autem externam baptismi actionem ab internâ Spiritus sancti ope-
 ratione distinguendam esse, & baptismi efficaciam $\omega\delta\iota\sigma\tau\omicron\lambda\omicron\tau\omicron\delta\epsilon$ Spiritui sancto, $\omega\sigma\tau\omicron\lambda\omicron\tau\omicron\delta\epsilon$
 rationis, verò aquæ rectè tribui posse & largimur, & docemus: simul tamen
 nullam vel separationem, vel distractionem sine horribili sacramenti istius
 depravatione admitti posse scripturæ fundamentis innitentes judicamus.
 Unde hic error non est tolerandus, certè Pontificio errore intolerabilior: re-
 pugnat enim manifestè scripturæ, ut jam videbimus.
 51. Nos igitur unum tantum numero, verè & propriè Christi baptismum
 esse docemus. Fundamenta habemus ista. 1. Quia Paulus expressè Ephes.
 4. vers. 5. unum tantum esse Christianorum baptismum asserit. 2. Quia si
 duplex est, talis erit (ut disjuncto tantum ex Calvinianorû sententiâ desuma-
 tur) aut ratione substantiæ, aut ratione administrationis, aut ratione operatio-
 nis seu efficaciæ. Sed non est talis ratione substantiæ, quia piaculum est partes
 substantiales separare, cum scripturâ eas arctissimè conjungat; cum conjun-
 ctim, non separatim organum regenerationis ordinariû constituent. Ita
 specie non est duplex. Non ratione administrationis, sive baptizantem, sive
 objectum respiciamus; nam actio baptizantis & Spiritus S. efficaciam in usu
 legitimo non sunt distrahendæ: & nec baptizans, nec baptizandus baptis-
 mi integritate labefactat; Ita nec objectis duplex. Non ratione operationis aut
 efficaciam; quia hæc cû usu legitimo semper conjuncta est, nisi quis hypocriticâ
 impietate

f. 233. Conf.
 Belg. art.
 34. in Har-
 mo: confes-
 sectio: 13.
 fa. 96.
 m) Musc: in
 loc: com: de
 bap. fa. 540.
 Zeged. tab.
 2. fa. 167.
 n) Aretius
 ut supra.
 o) Musc: ib.
 fa. 541.
 p) Zeged.
 tab. 1. de
 bap. fa. 166.
 q) Muscal:
 ibidem.
 r) Beza in
 Quest. &
 Resp. par.
 2. quest. 107
 fa. 85.
 s) Zeged.
 tab. 1. de
 bap. f. 166.
 t) Zeg. tab.
 2. f. 167.
 u) Steph.
 Zeg. in loc:
 com: tab. 2.
 de bap. fac.
 167 in folio
 x) Idem ib.



impietate istam Spiritus S. operationem impediatur. Sed ideo non statim duplex sit baptismus: nam magna est differentia inter substantiam & fructum. Ita nec tempore, nec efficacia duplex est: Sicut hæc omnia latius in his thesibus passim declarantur.

52. 3. Nicenum quoque Concilium unum tantum baptismum constituitur.

4. Et patres Orthodoxi. 5. Nec duplex faciendus est. 1. Ne organum divinum, quo nobis regenerationis beneficium offertur & confertur, annihilamus: 2. Ne illum ex hominis dignitate, vel indignitate, metiamur.

3. Ne spiritui sancto, in scriptura de uno tantum baptismo docenti mendacii notam, blasphemè inurere videamur. 4. Ne in gravissimos tentationum labyrinthos vel baptizatos vel baptizandos projiciamus, &c.

53. Caput quartum DE NECESSITATE. Queritur hic, an baptismus ad salutem sit necessarius. Calviniani (y) hoc negant, docentes esse malum, & superstitionem, salutis necessitatem signo (baptismo) affigere (z), non posse asseri in eo infantis salutem fundatam esse, nisi omnia religionis principia libeat evertere (a). non est præcisè & simpliciter (b) seu prorsus & absolute (c) necessarium: dogma illud malè expositum, paucos intelligere, quantum damnum invexerit (d). Quam opinionem Calviniani ex falsâ suâ hauserunt hypothesi, (e) scil. infantes ante baptismum sanctos & Deo gratos esse; nec ideo filios Dei esse, quia baptizentur, sed ideo baptizari, quia sint filii Dei.

54. Sic illi blasphemant. Quia verò Calviniani ejusmodi nobis videntur affingere necessitatem, de quibus nos ne cogitavimus quidem, quæstio ista ex ipsis fundamentis breviter eruenda, & veritas contra ipsorum calumnias asserenda est.

55. Prasupponantur ergò quinq; I. Deum ordinariè per media nobiscum agere, & bona sua nobis offerre & applicare, ideoq; ab istis mediis divinam virtutem in usu nunquam segregandam. II. DEVM his mediis non esse ita alligatum, quasi non posset sine illis extraordinariè & immediatè sua nobiscum bona communicare. III. Hominem verò mediis istis alligatum esse 1. propter mandatum Dei. 2. propter bonum proprium: cum ei Deus ordinariè non velit aliter sua bona, vel offerre, vel conferre. IV. Per casum tamen necessitatis inevitabilem & impossibilitatè hominis ab istorum mediis usu retracti salutem ad ista media non esse annexam. V. In applicatione mediis requiri objectum legitimum h.e. hominem natum, sive infantem, sive adultum: quæ quinq; etsi facile ex scriptura demonstrare poteramus, tamen, quia id hujus

y) Beza Q.
& R. par.
z. quæst. 114
fac. 89. qu.
116. fa. 91.
quæst. 140.
fa. 107. &
reliqui.
z) Calv. E-
pist. 326. ad
N. N. fa.
606. Beza
quæst. 150.
fa. 117.
a) Cal. Ep.
229. ad Ioh.
Clauburgū
fac. 423.
b) Calv. ib.
c) Beza qu.
114. fa. 89.
d) Calv. inst.
l. 4. c. 14 §.
20. fac. 851.
e) Nicolaus
Hemming:
syna. de
bapt. thesi
20. fac. 237.

id hujus non est loci, ea ut *κατασκευασμένη* præsupponimus.

56. Ex his igitur concludimus irrefragabiliter, quod homini nato baptis-
mus, ut medium, ad salutem sit necessarius; quodq; omnes istum negligentes
aut contemnentis æternam sint perituri. Causa patet ex primo & 3. præ-
supp: Sed & idem clarius ex scripturâ haud difficulter probari potest. Nam
in genere respectu infantium & adultorum. 1. Christus id Iohannis 3. v. 5.
gravi comprobatur assertione, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aquâ &
spiritu non potest in regnum Dei ingredi. 2. Idem innuit Marc. 16. v. 16.
Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. 3. Mandatum quoq;
eiusdem Matth. 28. v. 19. huc spectat. 4. Typus; scilicet circumcisio, fuit ne-
cessarius; quidni idem diceremus de antitypo? 5. Sed & patres sic do-
cuerunt. In specie respectu adultorum probatur illud, 1. de baptismo Ioh-
annis, quia Luc. 7. v. 30. pharisæi & legisperiti non baptizati à Iohanne
consilium Dei adversus semetipsos srevisse dicuntur. Si non fuisset ad sa-
lutem necessarius, quomodo potuissent dici, *τις βουλοῦτο εἰς ζωὴν srevisse?*
2. Ideo & Iohannes baptizavit. 3. De baptismo Christi, quia Apostoli
omnes pœnitentes & credentes baptizarunt, Act. 2. v. 38. & 41. c. 8. v. 12.
& 38. Certè si non fuisset illis necessarius ad salutem, non eos baptizassent.
plura alia Argumenta omitto.

57. Sed hic questio oritur de infantibus, qui vel in matris utero, vel
inter enitendum, vel casu aliquo inevitabili preventi prius moriuntur, quam
baptismi compotes redditi fuerint, quid de illis sentiendum, cum baptismus
ad salutem sit necessarius.

58. Pontificii adianctores eos perire dicunt (f) & Augustinus (g) quoq;
firmisimè tenendum esse docet, infantes omnes vel in utero matrum mor-
tuos, vel in lucem quidem natos, at sine baptismo decedentes, æterno suppli-
cio puniendos. Calviniani in genere omnibus infantibus fidelium absq;
baptismo decedentibus non audent salutem polliceri, scilicet ne habeantur
temerarii (h) spem tamen bonam de illis habendam esse volunt (i). Nihil
certi dicunt, sed credibilius & verisimilius esse iudicant, eos non damnari,
sed salvari; eo quod iudicia Dei illis sint incognita (k). In specie verò duo
infantium è parentibus fidelibus natorum, scilicet Reproborum & Electorum
genera facientes (l) *διακρίσει* respondent: & illis quidem absolute omnibus
omnem spem salutis incidunt: istos verò omnes salutem consequi do-
cent (m).

59. Vtrorumq; dogma scripturæ repugnat; nam illorum nimis *κατασκευασμένη*
est, &

f) Magist.
sent. lib. 4.
dist. 2. c. 6.
§. si verò.
g) In lib. de
fide ad Pe-
trum ut re-
citur a-
pud Mag.
sent. lib. 4.
dist. 4. c. 3.
§. his autè.
fol. 160. f. 2.
h) Martyr.
in loc. com:
class. 4. loc:
8. art. 16.
fol. 438. f. 2.
i) idem ibi-
dem class. 2
loc. 1. art.
310. fa. 76.
k) Zwing.
in opere Ar-
ticularum
art. 67. fol.
369. fac. 2.
l) Martyr.
ibid class. 2.
lo. 1. art. 31
fac. 76.
m) idem ib.

est, & Deum ipsum mediis alligat, ortum ex confictâ quadam & Deum quoq; constringente necessitate. Isti fundamentum sui dogmatis fabricant, de quo in universâ scripturâ altum silentium: nec ipsi tuto ei audent insistere, dum tam dubitanter loquuntur.

60. Nos igitur ex præsuppositis eos nequaquam damnari, sed indubitatò salvos & beatos reddi concludimus. Nam 1. quod Deus ordinariè & mediâtè in baptizatis, id extraordinariè & immediâtè in his per preces vel parentum & Ecclesiæ simul, vel istius tantum, sibi commendatis, clementer & paternè operatur: ut ex præsupposito secundo liquet. 2. Equidem illi, qui vel in matris utero, vel inter entendum moriuntur, pro transgressoribus divini mandati, aut medii ordinarii contemptoribus haberi non possunt: nam cum baptismus regenerationem operetur, necessariò primam nativitatem præsupponit. Ergò ubi non est *γινώσκω*, quò ibi absolutè *παλιγγενεσία* requiri potest? Ita nec illi vel mandati divini violatores, vel medii instituti neglectores nuncupari possunt, qui quidem in lucem editi sunt, & tamen ante baptismum inopinato & inevitabili casu præventi (ut cum præter spem in cunis, vel dum ad baptismum deferuntur (n) vel vix nati &c. moriuntur) è vitâ decedunt: hos enim violentus casus, seu talis necessitas mediis nullis alligata excusat, ut ex præsupp. 4. & 5. apparet.

n) hos quoq;
damnari
docent Pon
tificii Mag.
sent. lib. 4.
Dist. 1. c. 3.
§. His autè.
fol. 160. f. 2.

61. Hæc omnia confirmantur 1. verâ & certâ regulâ: Non privationem (rectè tamen acceptam) sed contemptum sacramenti damnare. At hi non contemnunt; sed ipsâ necessitate inde excluduntur, & ita eo privantur nullâ vel suâ, vel suorum culpâ. 2. Exemplo infantium Israelitarum ante octavum diem morientium: quales illi fuerunt, qui ex tyrannico mandato Pharaonis vix nati in aquam projecti sunt, Exod. 1. v. ultimo, hos enim per extraordinariam DEI actionem salvatos esse certissimum est. 3. Exemplo omnium, sive infantium, sive adultorum sine circumcissione in deserto morientium: nam etsi Deus circumcissionis observationem sub æternæ salutis periculo necessariam proposuerat. Gen. 17. v. 14. tamen necessitatis casum exceptam esse Israelitæ probè intellexerunt; dum in deserto continuis impediti profectioibus liberos suos non circumciderunt Iosu. 5. v. 6. 7. 8. nihilominus eos à Deo extraordinariè salvari firmiter credentes: nam si de eo vel minimum dubitassent: annon putas eos potius filios cum temporalis vite periculo circumcidere, quam incircumcisos certo damnationis exitio, subjicere voluisse? que argumenta hic sufficiant.

62. Caput quintum DE ADMINISTRATIONE. Hic in genere

genere de tribus potissimum membris explicatio instituenda est: nempe
1. de baptizantibus. 2. de baptizandis. 3. de baptizandimodo.

63. I. De baptizantibus. Vt rectè intelligatur, quinam baptismum possint administrare, accurata distinctio inter ordinariam, publicam seu solemnem baptismi administrationem, & inter extraordinariam seu privatam casu necessitatis inevitabilis definitam præcognoscenda est: ista enim huic quaestioni enodandæ facem præferet.

64. Quod ad ordinariam administrationem, eam tantum perficere possunt illi, qui publico & ordinario in Ecclesiâ funguntur ministerio, seu omnes verbi ministri: his enim 1. ex apertissimo Christi præcepto Matth. 28. v. 19. & 2. totius Ecclesiæ consensu, & multis aliis causis jus baptizandi convenit.

65. Tam quidem in hac administratione Calviniani ministeriū hominis, ut instrumentum baptismi externum, ab internâ verbi & Sp. S. operatione separant, ut sic duplicem suum baptismum stabiliant. Sed error iste non est tollerandus; nam etsi ministrorum actio ratione efficacia nulla est, sed Christo tantum Sp. S. baptizanti, seu efficaciam omnem per sanguinis & spiritus effusionem sibi vendicanti, operam suam navant, & sic ministerium hominis ut organum, & divina baptismi efficacia toto genere differunt, & accuratè distinguenda sunt; nullâ tamen ratione Sp. S. efficaciam, & ministri actionem in usu legitimo separatas & divulsas, sed tam arcto vinculo colligatas esse, ut neutra sine alterâ baptismi nomen obtinere possit, judicandum est. Et ita S. S. & ministri baptizantis unus tantum verè est baptismus, & unus effectus.

66. Quin & in baptizantibus quoq; fidem & probitatem, seu qualitatem considerandam esse inter veteres hæreticos quidam docuerunt: nam Agrippinus Episcopus Carthagenensis (o) Cypriani antecessor, unâ cum aliis quibusdam Aphricanarum Ecclesiarum doctoribus sacramenta ab hæreticis & schismaticis ab Ecclesiâ separatis administrata, non esse rata docebat. Eundem errorem Donatistæ pertinaciter defendebant & augebant: nam non tantum baptismi administrationem ab hæreticis & schismaticis cum Agrippini affectis, sed & à peccatoribus manifestis (p) & hominibus malis etiam occultis (q) peractam improbant.

67. Horum & similium error planè impius est: nam inter baptizantes ratione qualitatis nulla faciendâ est distinctio: sive enim bonus, sive malus, sive hæreticus, sive orthodoxus baptizaverit, nihil baptismatis efficacie decedet: si modò, tota actio cum institutione divinâ congruerit, & tunc sola relictâ fuerint inviolata. Etenim 1. hominum incredulitas fidem Dei non

o) Aug. lib.
2. de bap:
cap: 7.

p) Idem lib.
2. contra
Epist: Par-
meniani
cap. 10.

q) Idem lib.
2. contra
Cresconii
cap. 28.

r) par. 7.
 Tract. 5. in
 Ioh. ad c. 1.
 f) libr. 4.
 dist. 5. ca. 1.
 f. 161. col. 2.
 S. post hæc.
 t) par. 3. de
 consec. dist.
 4. c. 25. &
 seqq. col.
 1211. et 1212

 a) Calv. li.
 4. Inst. c. 15.
 S. 20. &
 seq. et alii.
 x) in Q. &
 Resp. par. 2.
 quæst. 140.
 f. 106.
 y) ih. quæst.
 151. f. 117.
 z) epist. 326
 ad N. N.
 f. 605. &
 606.

potest incidere aut infringere Rom. 3. v. 3. Et si nos non crediderimus, Deus
 tamen fidelis permanet, 2. Timoth. 2. v. 13. 2. Et cum baptismi efficacia
 simpliciter ab ordinatione & institutione divinâ dependeat, certè ita nec er-
 ror, nec vitium baptizantium divinæ ordinationis vim, seu baptismi virtute-
 m & efficaciam infringet aut enervabit. 3. Sicut & Augustinus (r) rectè
 docuit, baptismum talem esse, qualis est ille, in cuius potestate datur; non
 qualis est ille, per cuius ministerium datur. Ex quo pro hac sententiâ alias
 quasdam sententias insigniores lege apud Magistrum sententiarum (s) quæ
 & in Decreto Gratiani (t) repetuntur. 4. sed ita quoq; docendum & creden-
 dum est. 1. ne baptismi virtus, veritas, vel dignitas incerta fiat. 2. ne gradus
 baptismi vel melioris, vel deterioris concedi necesse sit. quod à verbo Dei
 prorsus abhorret. 3. ne fidei nostræ dubitationis fores aperiamus: quod peri-
 culosum foret. 4. ne & ipsorum verbum ad hæretico juxta analogiam fidei
 annunciatum sic rejicere cogamur.

68. Etsi autem hæc vera sunt & certæ; tamen hic notandum, neminem
 suos liberos hæretico aperto baptizandos consultè offerre, vel debere, vel sine
 gravissimo scelere posse; si vel ab orthodoxo, vel à privato fidei baptizandos
 eos curare possit; uterq; enim hac in parte hæretico indubitato præferendus
 est; quod jam probare non licet.

69. Quod ad administrationem privatam casu necessitatis definitam,
 eam quoq; quodvis ordinarii ministri piè, rectè & legitime perficere
 possunt. Sed an idem præstare possit vel vir privatus, seu laicus, vel mulier,
 ita ut ratus sit & maneat baptismus, quæritur. Quæ quæstio ut solidè de-
 cidatur, necessitatis hunc casum eum tantum esse sciendum est, quando 1. &
 infans natus de vitâ periclitatur; & 2. baptismus sine extremo periculo
 differri non potest: & 3. quando ministri (vel viri, si mulier voluerit ba-
 ptizare) nec adsunt, nec tam citò vocari possunt.

70. Calviniani (u) pleriq; in genere docent, nec in extremâ quidem ne-
 cessitate licere baptizare iis, qui in Ecclesiâ non fulgent publico docendi mu-
 nere. Et Beza (x) talem baptismum fabulam esse pronunciat. Nullum
 tam necessitatis casum agnoscunt, quod Beza satis indicat (y) sicut & ipsam
 baptismi necessitatem rejiciunt. vide thesin 53.

71. In specie verò de laicorum & mulierum baptismo doctrina ipsorum
 talis est. Calvinus (z) distinguit inter baptismum à privato, & à muliere
 administratum. Etsi verò primùm baptismum à privato administratum,
 adulterinum, manifestam baptismi profanationem, morem perversum, &
 severè

severè isti malo occurrendum esse dicit: postea tamen inter Ecclesie principia, ante restitutum ordinem, & rebus adhuc confusis, non tantum errori dandam veniam: sed baptismum quoque, qualemcumque, ferendum: at in Ecclesia benè constituta, nequaquam illi locum dandum esse subjicit. Ita baptismus à laico administratus inter Ecclesie principia ratus erit: at non ille, qui ordine Ecclesie restituto ab eodem datus fuerit, sed pro nihilo ducendus. Hæc quam æquæ sint, quivis videt: nam certè 1. in hoc casu necessitas extrema malæ Ecclesie constitutioni vel equiparanda, vel præferenda est. Et 2. laicorum iste baptismus inter Ecclesie initia datus, non ex superstitionis, sed extremæ, veræ & cum scripturâ Iohan. 3. vers. 5. convenienti necessitate originem traxit. Et 3. quod privatis sic baptizari liceat, in Ecclesia nunquam fuit negatum.

72. De baptismo mulierum aliud ibi profert iudicium: sc. esse prodigiosam audaciam: esse præter naturæ legem: esse flagitium secure repudiandum. Et alibi (a) esse crassam superstitionem: stultam & temerè susceptam actionem; pro nihilo ducendam: stultam & præposteram actionem: omnes à mulieribus baptizatos infantes legitimo baptismo consecrandos. Alibi (b) esse impiam & sacrilegam baptismi profanationem: non tolerandam superstitionem: cui usque ad sanguinem resistendum sit. Beza (c) vocat pudendum errorem: & (d) crassam & putidam sacri ministerii profanationem. Cum his reliqui sacramentarii consentiunt: (e) licet haud sciam, an tam impie hic loquantur. Sunt autem hæ voces nihil aliud, quam blasphemia τὸ ἄβυσσος.

73. Nos ergo & mulierum baptismum in casu necessitatis definito non improbant, ratum eum & efficacem esse iudicamus, si substantialia, Elementum sc. & verbum retinuerint. 1. quia privatim verbum Dei docere & suos liberos, non tantum erudire possunt, sed etiam debent: juxta expressum Dei præceptum Deut. 6. v. 7. sicut & Timotheus ab infantia à matre suâ Eunice & aviâ Loide in sacris litteris institutus est, 2. Timot. 1. v. 5. & cap. 3. v. 15. Ergo in casu necessitatis quoque, rectè docent. Certè etiam in casu necessitatis rectè baptizant. 2. quia & Zippora uxor Moysis, quæ gentilis erat, filium suum in hoc casu circumcidit Exod. 4. v. 25. Idem fecerunt aliæ mulieres sub tyrannide Antiochi: 1. Maccab. 1. vers. 62. 2. Maccab. 6. v. 10. quæ exempla cum & à Deo & istius temporis Ecclesiâ approbata sint, nostram quoque, hanc sententiam rectè confirmant. 3. quia & promissio, Matth. 18. v. 20. ubi duo aut tres &c. quæ fundamentum est efficacis

a) Calvin.
Epist. 268.
ad Poppiū
fa. 509. &

510.

b) Ep. 51. ad
Mons belg.
fac. 112.

c) Q. & R.
par. 29. 114
fac. 89.

d) ibid. Q.
139. fa. 106.
& 107.

e) Confess.
Helv. post.
cap. 20. in
Harm. conf.
fidei
sect. 13. fa.
90.

caeciae ministerii, generalis est: & jus sacerdotii regalis utriq; sexui commune, 1. Petr. 2. v. 9. Apocal. 1. v. 6. cap. 5. v. 10. 4. Et cum sacramenta non propter ordinem sed ordinem propter sacramenta institutum esse, certum sit: rectè quoq; & piè non sacramenta ordini, sed ordo sacramentis in tali necessitatis casu cedit.

74. II. De baptizandis. In quorum usum baptizandus institutus sit, seu quinam baptizandi sint, generalia Christi verba Matth. 28. v. 19. satis indicant: quibus omnes gentes seu homines baptizandos Apostolis injungit. Sed ut hoc Christi dictum piè & dextrè intelligatur, distinctius aliquanto de hac questione agendum est.

75. Duo igitur se offerunt baptizandorum ordines: adultorum unus, infantium alter. De utroq; distinctè loquendum. Et adulti quidem non omnes sine discrimine baptizandi sunt: sed tantum baptismum expetentes, & non repugnantes: & inter illos tantum catechumeni, h.e. conversi & in sermone veritatis instituti, Ita Baptista baptizavit non quosvis, sed prius de lumine vero instructos & consistentes peccata sua, Ioh. 1. Matt. 3. v. 6. & 7. Mar. 1. v. 4. & 5. Luc. 3. v. 3. ita quoq; Apostoli & horum discipuli baptizabant solos credentes, & verbum Domini suscipientes Act. 2. v. 38. c. 8. v. 12. & 37. & 38. His ita constitutis de adultis baptizandis nulla videtur esse controversia.

Vide VII-
gandi de A-
nabapt:
Lips. Anno
82. in 4to
excusf.

76. De altero baptizandorum, infantium scil: ordine vehemens nobis intercedit cum Anabaptistis controversia. Hi enim baptizandos eos esse planè negant: paedobaptismum novum esse in Ecclesiâ institutum, nequaquam admittendum: in infantia baptizatos rebaptizandos esse asserentes. quod doctrinæ Anabaptistarum de paedobaptismo caput est: nam ceteras eorum blasphemias referre exhorresco.

77. Contra hos igitur pro paedobaptismo adstruendo evidentia & immota fundamenta ex perspicuis scripturæ locis exstructa, & ex perpetuo purioris Ecclesiæ consensu, desumpta probè tenenda, & retinenda sunt.

78. Sed ne & hunc baptismum nimis generalem faciamus, indicandum est primùm, qui nam hic infantes intelligendi. Nempè 1. Illi, qui in lucem nati sunt: nam qui natus adhuc non est secundum Adam, secundum Christum non potest renasci: neq; regeneratio in eum dici potest, quem non generatio præcessit. Sicut Magist. sent. (f) ex Isidoro verè & piè dicit. Vnde in utero adhuc materno existentes nequaquam baptizandi sunt. 2. Illi, qui sunt in Ecclesiâ nati, vel ad eam ex gentibus adducuntur: nam cum baptismus Ecclesiæ bonum proprium sit, & extra Ecclesiam nullus; ad illos

f) L. 4. D. 6.
c. 3. §. præ-
tere. fol.
162. fac. 2.
col. 2.

ad illos quoq; bonum hoc Ecclesie verè pertinebit, juxta promissionem Gen. 17. v. 7. ero Deus tuus & Deus seminis tui post te.

79. Iam fundamenta pro paedobaptismo ex verbo Dei desumpta præcipua sunt ista: 1. Mandatum Christi universale Matth. 28. v. 19. de baptizandis omnibus gentibus: nam & istud infantes comprehendit. 2. Testimonium Christi duplici juramento confirmatum Iohan. 3. v. 3. & 5. In eo enim *ἵ* Quis *καθολικῶς* est; quod ex textu diligenter ponderato obscurum esse potest nemini. 3. promissio ad eos pertinet. Genes. 17. vers. 7. Ergo & promissionis sacramentum, sicut & Petrus Act. 2. v. 39. concludit. 4. Christus ad eos pertinet, & illi vicissimi ad Christum Matth. 19. v. 14. Ergo ad eosdem quoq; pertinet Christi sacramentum, quod sunt capaces. 5. Vltimum bonum (sc. vita æterna) ipsis non negatur. Ergo medium quoq; ad illud bonum ordinariè offerendum & conferendum (Baptismus scil.) a Deo institutum, negari illis non potest: nam sic ut infantia in bono isto consequendo eos non impedit, ita nec eadem istos in medio ad bonum relato suscipiendo non impedit.

80. 6. Christus sanctificat & mundat Ecclesiam suam lavacro aquæ in verbo Eph. 5. v. 26. At infantes Christus ad se venire, & sic membra Ecclesie fieri jubet. Ergo lavacro aquæ mundandi & baptizandi. 7. Sunt in peccatis concepti & nati Gen. 8. v. 21. Ps. 51. v. 7. Eph. 2. v. 3. At ordinariè Christus per baptismum has peccatorum sordes & maculas eluit. Eph. 5. v. 26. Ergo &c. 8. Circumciso, ut typus, collata fuit infantibus: ergo & baptismus ut *ἀντίτυπος*. Col. 2. v. 11. et 12. illis non denegandus. 9. Familie integræ ab Apostolis & horum discipulis sunt baptizate: Lydia & domus ejus Act. 16. v. 15. custos carceris & omnis domus ejus, ibid. v. 33. Crispus archisynagogus cum tota domo. Act. 18. v. 8. Stephane familia 1. Cor. 1. v. 16. in his quis nullos infantes fuisse credat?

81. Quod ad purioris Ecclesie consensum, is cum scripturâ exactè convenit: docent enim sancti patres *οὐνοῦ καὶ γῆς, καὶ καθολικῶς* esse traditionem Apostolicam, & à temporibus Apostolorum in Ecclesiâ constanter durasse, & sine ulla temporum interruptione comprobatum fuisse: de quo eorum sententias hic speciatim referre non licet.

82. Hic commodè videtur posse proponi quæstio de infantib. exposititiis, an & quomodo illi baptizandi? R. Si pii non reperiantur homines, qui possint de baptismo accepto certò & sine dubitatione testari, intrepidè & incunctanter eos baptizandos esse censemus: quod & M. sent. ex Leone Papa (g) comprobat. Et enim de baptismo nostro non suspicari, sed certi esse debemus ob varias causas.

Quod

* Legatur tantum

Cypria. lib.

3. Ep. 8. quã

suo & 66.

collegarum

nomine ad

Fidũ scri-

pt. Orig.

in c. 6. Ioh.

Aug. lib. 4.

de Bapt:

contra Do-

nat: c. 24.

g) lib. 4. dist

6. cap. 3. §.

præterea.

fol. 162. fa.

2. col. 2.

h) Decret: *Quod verò jus Cano: (h) Alexandrum Papam statuisse refert, ut illi de quo-
Greg. lib. 3. rum baptismo dubium est, conditionaliter (his verbis præmissis, si baptiza-
Titu: 42. de tus es, ego te non baptizo: sed si non baptizatus es, ego te baptizo in nomi-
Bapt: cap: ne &c.) baptizentur, & puerile & fatuum est.*

2. col. 520. 33. III. De baptismum administrandi modo, ceremoniis & qui-
busdam necessariis circumstantiis determinato. Hic primum præsuppona-
tur, quod integritas & substantia tota baptismi in administratione legitimâ
in duabus partibus à Deo ordinatis scil. elemento aquæ & verbo consistat.
Etsi autem hoc respectu nihil addi potest b. p. rimo, sunt tamen alia etiam,
quæ τὰ ἑρ. nobis certam & piam in administratione observandam præscribunt
scil: præcipuè 1. Quibus ceremoniis. 2. Quo tempore 3. Quo loco.
4. quonies illa sit peragenda. De quibus ad modum hunc determina-
tum non incommode, ut judico, relatis, ordine nobis breviter agendum
est.

84. I. De ceremoniis. Pontificii magnum ceremoniarum nume-
rum producant: quas omnes in tres classes distribuunt, sc. in baptismum
præcedentes, concomitantes, & sequentes; sicut Bellarminus eas (i) satis
copiosè recenset: & plerunq; à Scholasticis (k) sacramentalia nominantur.
Etsi verò eas non ad baptismi substantiam requiri, sed ad ejus decorem, ho-
nestatem, & solennitatem pertinere concedunt (l); tamen 1. de necessitate
de Bapt: c. eas esse, nec ullo modo pro conditione Ecclesiæ per libertatem Christianæ. n. à
24. 25. 26. quoquam abrogandas contendunt. 2. Et eas cum magna superstitione re-
& 27. à fa: tinent atq; usurpant. 3. Ideoq; nec ad τὰ ἑρ, aut Ecclesiæ edificationem
129. ad 140. ab illis diriguntur. At hac ratione omnes ceremoniæ alias per se bonæ
k) Magist. damnandæ prorsus sunt. 4. Taceo jam, quod pleræq; sint ineptæ & futiles.
sent. l. 7. D. 85. In nostris Ecclesiis retinentur istæ. 1. Adhortationes. 2. Impositio
6. ca. 6. fa: nominis. 3. Exorcismus. 4. Signum crucis. 5. Precationes. 6. Lectio
163. col: 2. Evangelii. 7. Χριστολογία. 8. Oratio dominica. 9. Adhibitio compatrum.
l) Idem lib. 10. Abrenunciatio Satanae, & confessio per hos facta. 11. Vestis candida.
4. D. 3. c. 1. 12. Benedictio & c: quæ licet totidem litteris in scripturâ non præscribantur,
S. in duob. fide: tamen analogas judicamus, & pleræq; à Patribus sinceris nobis com-
mendatas monemus.

86. Sed has ipsas quoq; in nostris Ecclesiis adhiberi in genere sciendum
est. 1. absq; omni superstitione, & impietate: nullam enim ipsis δὲ ἰδὲ ἰδὲ
adscribimus: cum istud sine Idololatriâ fieri non posse ex verbo Dei probè
perspectum habeamus. 2. absq; omni necessitate: docemus enim publicè
privatimq;

privatimq; esse eas ad id q; s; sancte tamen & constanter observandas, nec
violenter, aut subito cum summâ infirmorum offensione ex Ecclesiâ extur-
bandas: quod in abrogatione aut mutatione τὰς ἐν αἰσῶν νεκρίων (rerum in-
differentium) religiose attendendum esse Paulus docet, Rom. 14. v. 1. & seqq.
1. Corint. 8. v. 9. 10. 11. 12. & 13. Gal. 2. v. 14. 3. tantum adificationis,
ordinis, & ἰσοχρησῶν gratiâ: tum, ut de peccato originis nos commone-
faciant: tum ut virtutem, efficaciam, necessitatem & dignitatem baptis-
mii rudioribus commendent, actionemq; totam conspectiorem reddant: tum, ut
in astantibus piam intentionem, vel debitam reverentiam erga summum
hoc opus, vel exsuscitent, vel adaugeant.

87. Etsi verò hæc declaratio omnibus moderatis & concordie cupidis
hominibus satisfacere debebat, & omnem controversias non necessarias de-
Ceremoniis istis movendi occasionem faciliè præcidere poterat: tamen
Calviniani (m) (ut de Anabaptistis non dicam) de Exorcismo cumprimis
(nam & alias quasdam rejiciunt) contra nostras Ecclesias violentissima
certamina superioribus annis moverunt, & adhuc hodiè (n) tum talia, tum
tumultus excitant.

88. Contra hos igitur, eum ob gravissimas & optimas causas in nostris
Ecclesiis retineri percipiendum est. 1. quia testatur, quæ & quantæ in-
fantes (& adultos) nondum baptizatos circumstent miseriæ: sc: eos in regno
Satanæ propter peccatum spirituali, periculosissimâ & ratione nostrâ incom-
prehensibili & ἀφ᾽ ἑἑῆσιν captivitate detineri: de quâ Christus Luc. 11. ver. 2. 4
& seqq. Et Paulus Eph. 2. v. 3. 2. Tim. 2. v. 26. concionantur. Nam
quod hic de obsessione Satanæ corporali Calviniani contra nos proferunt, pu-
rida calumnia est & Diabolicum figmentum. 2. quia in hostem illum q.
digitum intendit, quo cum omnibus baptizatis τὸ λῆϋ & ἀποὸν & sit gerendus.
3. quia monstrat quo presidio hic hostis sit & aggrediendus & debellandus,
nempe virtute verbi & sacramentorum. 4. quia de propriâ baptis-
mii vi & efficacîâ testatur quâ baptizati ex carcere & faucibus Satanæ erepti in
regnum filii Dei transferuntur, & Spiritus sancti domicilia fiunt. 5. quia
opponitur & occlamat omnibus hereticis, qui vel infantes nullis peccatis
pollutos, vel sanctorum liberos vi generalis promissionis Abrahæ Gen. 17. v. 7.
factæ, etiam ante & extra baptismum, & extra casum privationis, sanctos
& Deo acceptos esse contendunt. 6. quia exemplo Orthodoxæ Ecclesiæ mu-
nitus est. Vnde hic nobis falso ἡλικία superstitionis pontificiæ adfingitur.

89. Atq; istæ sunt causæ, ob quas Exorcismus in nostris Ecclesiis retentus

D

fuit

m) Martyr.

in lo: co: lo.

9. fa. 440.

& seqq.

Musc: in lo:

com: fa. 555

& seqq. &

alii. Nam

per Ponti-

ficios, &

nos oblique

pungunt.

n) in Duca-

tu Anhal-

dino & a-

libi.

fuit hæcenus, adhuc retinetur, & postea constanter retinendus est: sed tamen absq; omni præjudicio libertatis Christianæ earum Ecclesiarum, a quibus sine dolo & scandalo vel initio abrogatus, vel postea quod ad verborum formulam mutatus est.

o) Messaliani. Theodoretus lib. 4. Hist. Eccl. cap. 10. fa. 562. Dam. de Heres. fac. 582. p) M. sent. l. 4. d. 6. c. 4. S. Agnoscendum, fo. 162. fa. 2. col. 2. q) In loc. com. de paedobapt. fa. 555. r) In Q. & R. par. 2. quest. 147. fac. 113.

s) In Q. & R. par. 2. q. 151. fa. 117. t) epist. 185. ad N. sac. 340.

90. II. De tempore. Quia hæretici quidam exstiterunt olim (o) qui per baptismum præsentia tantum peccata tolli & ablui sinecerunt, inventi quoq; sunt, qui baptismi percipiendi tempus extremo vitæ termino adnectebant, & se non, nisi in mortis articulo, per asperisionem aquæ baptizari sinebant; judicantes se ita puros & putos, seu beatos. ex hac vitâ migraturos. Atq; hi dicebantur *admissi*. Hic error sordidus est. Veteres (p) ita tempus distinguebant: si necessitas mortis vel periculi urgeret, quovis tempore posse baptizari. Atq; hoc quidem verè dicebatur. Extra hanc necessitatem duo baptizandi tempora servanda esse, sc. Pascha & Pentecosten. Hoc excusare quidem possumus, at non probare: nam inveterata consuetudo istam legem peperit; & miseros infantes periculo, parentes verò variis tentationibus exponit. Inter Sacramentarios etiam quidam inter se dissentiunt: nam Musculus (q) non probat, si parentes anxie cum infantibus vix natis ad baptismum properent. Beza verò (r) dicit, quò citius pii parentes infantes baptizandos obtulerint, eò rectius eos facere.

91. Vera igitur & sacris liceris analoga de tempore sententia brevissimè ista est. Baptismus non est ullo prætextu diu differendus: sed pii parentes (absq; omni status distinctione; hic enim nulla habenda est personarum ratio) liberos à Deo datos absq; morâ & dilatione ad baptismum adferre, & per baptismum Christo obferre tenentur. 1. Quia baptismus homini nato ad salutem necessarius est. 2. Hominis est Christiani, media salutis à Deo ordinata sine omni dilatione, vel sibi, vel suis applicanda curare. 3. DEVS liberos parentibus per nativitatem corporalem dedit clementer. Ergò his incumbit eosdem vicissim per renascentiam spiritualem in baptismo Deo præsentare. 4. Nam si parentum culpâ baptismo liberi fuerint privati, ab illorum manibus sanguinem istorum Deus certò & indubitato requiret.

92. III. De loco. De eo quoq; Calviniani non videntur inter se convenire. Nam Beza (s) dum eundem locum verbi & sacramentorū ministerio attribuendum dicit, & necessitatis casus rejicit, satis indicat, se in publico Ecclesiæ loco administrationem tantum peragenda esse sentire. At Calvinus (t) non templum tantum requiri, sed ubivis administrari posse judicat, si tantum numerus aliquis exiguus fidelium, qui de baptismo testari possint, in nomine Domini convenerit.

Nos

93. Nos in nostris Ecclesiis de loco docemus 1. si fieri possit, adificationis & ordinis causa in publico Ecclesie loco baptismum administrandum esse, seu administrari debere. 2. si vero vel necessitas, vel causa quaedam graves, vel alie circumstantie momentose (quales esse possunt) ab Ecclesie inspectore probata obstiterint, posse cum pie quoque in privatis adibus, vel sub aperto celo peragi: cum nec salutis nostrae dispensatio, nec illius media ullis locis sint alligata. 3. Nullos (vel verbi ministros, vel auditores) neque necessitate, neque causis, neque circumstantiis istis urgentibus, ab ordinaria & laudabili Ecclesie constitutione de baptismo in publico Ecclesie loco administrando, temere debere recedere.

94. IV. Quoties. Hemerobaptistae (u) quemquam vitae immortalitatem consequuturum negabant, nisi quotidie baptizaretur. Marcionitae (x) non solum semel, sed & iterum, & tertium baptizabant eos, qui lapsi erant. Et Anabaptistae falsam verborum Christi Matth. 28. v. 19. interpretatione decepti in infantia baptizatos rebaptizant. Sed hi certe, & si qui sunt alii *ἀναβάπτιστοὶ* usurpantes aut probantes, periculose satis errant: nam si in baptismo substantialia fuerint retenta, semel ille tantum conferendus, & nunquam repetendus aut iterandus est.

95. Hujus assertionis cause sunt, 1. quia de eo iterando in institutione nullum mandatum exprimitur. 2. quia iteratio talis omni scriptura caret fundamento. 3. Circumcisio, ut typus, non fuit iterata. Ergo nec in antitypo iteratio admittenda. 4. quia fœdus inter Deum & baptizatum in baptismo inicitur. At hoc fœdus Dei respectu nunquam fit irritum, Rom. 3. v. 3. Vnde à Paulo neque Corinthiis. 1. cor. 6. neque Galatæ Gal. 3. lapsi denuo baptizati, sed ad fœdus in baptismo cum Deo factum reducti sunt. 5. quia in baptismo fit Spirituales renascentia. At corporalis nativitas semel tantum fit; Ita & Spirituales renascentiam semel tantum per baptismum fieri debere iudicandum est. 6. quia baptismus unus est Eph. 4. v. 5. 7. quia iteratio nihil aliud est, quam nominis divini abusus & contumelia, priorem invocationem reddens irritam: & totius Christianismi abnegatio. 8. quia Christus semel mortuus. At hujus symbolum est baptismus Rom. 6. v. 3. 9. quia Orthodoxa antiquitas (y) *ἀναβάπτιστοὶ* constanter improbat.

96. Caput sextum. DE EFFECTU. De hoc capite gravissima nobis est cum Pontificiis & Sacramentariis controversia. Iuxta Pontificios (z). Effectus baptismi tres sunt. 1. Quod tollat ac deleat verè omnem culpam & poenā. 2. Quod conferat ex opere operato gratia & dona divina, quibus verè et

u) Damasc. de Heres: fa. 576.
x) Idem ib. fac. 578.

y) Ang. Ep. 203. ad Maximū.
z) Bellarm. Tom. 2. contr. gen. 2. lib. 1. de bapt. cap. 12. fa. 78.

a) Idem ib. formaliter justificetur homo. 3. Quod imprimat indelebilem characterem
 c. 13. fa. 81. ob quem reiterari non possit, Ad hos dicunt reliquos omnes revocari.
 Hunc Effectū defendere conatur Bellar. 97. Hi effectus falsi sunt & adulterini, nec ex scripturā probari possunt:
 Tom. 1. con. scripturā tolluntur omnia peccata, ita ut non solum non imputentur, sed nec
 tro: 1: Ger. sit, quod imputari possit ad culpam. 2. quod in baptizatis verè maneat
 lib. 2. de eff. concupiscentiæ: sed quod hæc verè & propriè non sit peccatum. Itaq; si ex
 sacr. c. 1. 2. scripturā probatum fuerit, concupiscentiam per se, verè, & propriè esse pec-
 3. 4. 5. 6. ad catum, hic effectus corruet. At hoc ex scripturā apertissimum, & à nostris
 11. passim demonstratum est, maxime ex cap. 7. ad Rom.
 b) ibid. cap. 98. Quod ad secundum, in eo non 102, sed 103 reprehendendum est.
 1. fac. 171. Nam quod ad 102, verum esse agnoscimus quod baptismus conferat gratiam
 c) contro. 2. & dona d'vina; ut paullo post probabitur. At quod ad 103, quod scil:
 Gen. l. 1. de ferre gratiam ex opere operato (passivè hoc verbo intellecto) idem esse, quod
 de bap. c. 11. conferre gratiam ex vi ipsius actionis sacramentalis à Deo ad hoc instituta,
 *Vide Bell. non ex merito agentis vel suscipientis; & aliàs quoq; variè opus operatum
 Tom. 2. con. palliat: tamen se non expedit, dum & dicto loco, & alibi (c) ab hac collatio-
 1. Gen. l. 2. ne gratiæ verum & salvificam fidem secludens infantibus tantum habitum
 de Eff. Sac. fidei relinquit. Cum ergò hic effectus fide sit destitutus, & sine istà nemo
 c. 18. ad 22. placeat (DEO) Heb. 11. v. 6. patet, quod respectu infantium nullus sit.
 d) vide Hen. 99. Quod ad tertium, nec istum ut genuinum agnoscimus. Ex Bellar-
 de Vrim. mini propositionibus cap. 19. propositis ita definitur: Character est signum
 ad ca. 4. li. aliquod spirituale (seu qualitas absoluta) aptum faciens ad cultum divinum,
 4. dist. 4. configurans Christo & distinguens ab alijs, soli animæ ut subjecto impressum
 Mag. sent. autem Pontificii hunc characterem pingant: est tamen 1. omni fundamento
 Zachar. scripturæ. 2. primitivæ Ecclesiæ doctorum, qui aliquot seculis post apostolo-
 Vrf: Vol: rum tempora vixerunt. 3. Et ipsius Magistri sent. testimonio destitutus & c.
 tract. theo: & ideo signum.
 de Bap. th. 100. Iuxta Sacramentarios effectus baptismi ferè nullus est. Nam 1.
 9. fa. 355. docent nos ante baptismum esse filios Dei (e) nec nos (seu fidelium liberos)
 f) Cal. inst. ideo baptizari, ut filii Dei efficiamur, sed quod semus, & ut nos filios esse cer-
 l. 4. c. 15. S. tificemur (f). Atq; hoc ut principium ponunt (g). Ideoq; 2. baptismum
 ult. fa. 85. 2. passim vocant signum (h) & ut declarent, quale signum intelligant, dicunt
 Martyr in esse signum externum (i) ob signans gratiam adoptionis (k) regenerationis (l)
 L. C. 6. l. 1. s. 4. initer-

initiationis (m) gratiæ (n) lavacri, quod fit per sanguinem Christi (o) interni (seu spiritus) baptismi (p). Quibus omnibus docere volunt, baptismi nulum aliud esse Effectum, quam significare & obsequare. Alias & nos baptismum rectè signum dici posse largimur; at non sensu Calviniano. 3. Dividunt baptismum aquæ unum & eundem in duos, externum & internum (q) tam opere, quam subjectis plurimum differentes, quasi illo corpus tantum, hoc verò ut sanguine Christi descripto anima abluatur.

101. Annon autem hæc sunt mera blasphemia? quarum prima 1. expressè scripturam mendacii arguit, Ioh. 3. v. 6. quod ex carne &c. Ephes. 2. v. 3. sumus natura filii iræ &c. 2. ordinem divinitus institutum prorsus invertit, novum justificationis modum effingens. 3. omnem promissionis gratiæ applicationem planè inutilem reddit. 4. Effectum causâ priorem facit. 5. Fætidias Pelagianorum cisternas obturatas refodit. Secunda 1. Cælestem baptismi *ἐπίστυλον* penitus enervat. 2. sermonem Christi duplici Iuramento Iohan. 3. v. 5. confirmatum in fumum redigit. 3. Typica sacramenta ex Ver: Test: in Novum violenter importat. 4. Scripturæ manifestam vim infert, ut paulò post aperietur. 5. Veterum lotionibus & aspersioibus &c: majorem, quam baptismi tribuit *ἐπίστυλον*. De Tertiâ in cap. 3. de Unitate bapt: thes: 48. & seqq. dictum est. Cetera Calvin: placita de Effectu baptismi in specie in explicatione veræ sententiæ excutientur.

102. Proinde de vero baptismi effectu dicamus: & quidem distinctionis causâ. 1. Quinam ille sit. 2. quomodo per baptismum baptizatis applicetur. 3. qui ejus participes reddantur. 4. quo tempore, seu, quando & quam diu.

103. I. Quinam sic verus Effectus. Hic ergò Effectus juxta scripturam duplex est: propior unus, Remotior alter.

104. Propior Effectus est *παλιγγενεσία* h. e. Regeneratio, juxta dicta Ioh. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit &c. Et Tit. 3. v. 5. ubi baptismus dicitur lavacrum regenerationis. Est autem hæc nihil aliud, quam justificatio & ablutio à peccatis, sic dicta, quod eâ ipsâ ex filio iræ filius Dei fiat. Ideoq; cum eâ renovatio, vera remissio peccatorum, gratia Dei, justitia, Spiritus sancti donatio, sanctificatio, adoptio, fides salvifica, & omnia Christi beneficia in hac vitâ intellecta *ἐκχωρισμῶς* copulata sunt. quod ita probo, 1. quia ex Christi, asseveratione Ioh. 3. v. 5. apertum est, regeneratos in regnum Dei ingredi posse: Sed nemo in regnum Dei ingreditur, nisi sit renovatus, adoptatus, sanctificatus, justitiâ vestitus, in gratiâ Dei, fide salvificâ præditus, &c.

loc. 8. de ba.
§. 8. f. 435.
Aret. in N.
T. cap. 10. v.
44. act. fa.
56. col. 1. &
alii.

g) Calv. Ep.
229. ad Io.
Claub. fa.
422.

h) Z. Vrs. ut
sup. th. 10. f.
357. Calv.
Ep. 326. ad
NN. f. 606.

i) Idem Ep.
ad Ioh. Cla.
229. f. 422.

k) Idem ib.
fa. 423. Vrs.
ut supra.

l) P. Martyr
in loc. com.
cl. 4. lo. 8.

m) Calvin.
inst. lib. 4.
cap. 15. §. 1.

n) Nic. Hæ.
syn. de bap.
th. 1. fa. 235.

o) Cal. inst.
l. 4. c. 15 §. 4.

p) Zac. Vrs.
expl. Cath.
par. 3. de
bap. th. 9.

g) Steph. Zeg. in loc. com. tab. 1. de bapt. fa. 166. tus, &c. Ergo: 2. Ex eodem loco. Regeneratio fit ex aqua & Spiritu (loquor autem de ipsa collatione.) At ubi ita Spiritus sanctus est, horum nat- lum potest abesse. 3. Gal. 3. v. 27. Quicumq; baptizati sunt Christum indu- runt. At ubi Christus ita; ibi omnia Christi beneficia. 4. Ea quoq; horum divinarum bonorum conjunctio est, ut nullum sit sine reliquis: nam ubi vel unum est; ibi & reliqua omnia adsunt: ubi vero unum ex his non est, ibi nec reliqua sunt presentia.

105. Atq; in hunc effectum, & ejus adjuncta bona scriptura digitum in- tendit, cum dicit, quod Iohannes Mar. 1. v. 4. Luc. 3. v. 3. Et Apostoli Act. 2. v. 28. baptismum in remissionem peccatorum administrarint: quod omnes baptizati in mortem Christi sint baptizati Rom. 6. v. 3. quod quicumq; sint baptizati, Christum induerint Gal. 3. v. 27. quod Christus Ecclesiam san- ctificavit, purgando eam lavacro aquae in verbo Eph. 5. v. 26. quod sit cum Deo firma bonae conscientiae stipulatio 1. Pet. 3. v. 21. &c.

106. Sed hic propter Pontificios notandum, dum dicimus in baptismo veram fieri peccatorum remissionem, nequaquam illud per aquam & per vitium, sed reatus fieri. Duo enim in peccato consideranda esse monemus, vitium ipsum (quod & fundamentum, & materiale nominatur) & reatum, seu culpam vitio adhaerentem, & aeternae homines subjicientem damnationi, & istum h. e. reatum omnium peccatorum tam actualium, quam originis in baptismo credentibus verè per Christum remitti & condonari, nec ad condemnationem eis imputari: illud verò manere etiam in renatis: quod in scriptura tam ex- plicite docetur, ut planè à Deo occacatus judicandus sit, quid id non videat.

107. Remotior effectus est, Salus seu aeterna vita: qui quidem effectus cum priori in hac vita in spe roheret; attamen naturam, imò & tempore posterior est, & prioris quasi terminus. Hunc effectum scriptura monstrat, quando docet, 1. fieri non posse, ut quis regnum Dei ingrediatur, nisi ex aqua & spi- ritu renascatur Iohan. 3. v. 5. 2. Omnes credentes & baptizatos servari. Marc. 16. v. 16. 3. Christum nos salvos fecisse per lavacrum &c. Tit. 3. v. 5. Et 4. nos baptismo aquae perinde servari, ut Noè in arcam tempore diluvii per aquam fuerit servatus, 1. Pet. 3. v. 21.

1) Explic.
Catec. par.
3. in thes. de
de Bapt.
Anno 73.
Ianua. 24.
propositis
2b. 8. f. 4. 112.

108. II. Quomodo effectus iste per baptismum baptizatis appli- cetur. Hic praesupponendum est, quod aqua hic non in se & per se ab ope- ratione Sp. S. segregata consideranda sit, quasi illa tantam tamq; saluta- rem vim & efficaciam per se exserat; hoc enim asserere aëtic est, & in Ecclesia ita; dicitur: nam ita, & extra usum aqua, est, & manet elementum terrenum,

terrenum, nec quidquam ab aliâ differt aquâ: sed quod hic intelligenda sit in usu aqua baptismi, cum quâ Sp. sancti operatio conjuncta est: ita enim vi institutionis hæc aqua longissime ab aliis aquis segregatur. Et blasphemia est, quod Zacharias Ursinus dicit (r) Spiritum sanctum substantiâ aut virtute suâ in hac aquâ non magis esse, quam alibi.

109. Hoc præsupposito, dicimus baptismum esse $\delta\sigma\upsilon\alpha\sigma\omicron\upsilon\pi$, & medium ordinarium, per quod effectum istum duplicem Spiritus sanctus in baptizatis operatur & efficit, & quidem verè, realiter, propriè & $\epsilon\upsilon\gamma\gamma\eta\lambda\omicron\upsilon\sigma$. 1. quia Christus expressè, baptismo ut organo salutari salutem tribuit æternam, Mar. 16. v. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, & Ioh. 3. v. 3. & 5. Nisi quis renatus fuerit Ex & c. hic enim utriq; & aquæ & Spiritui unus & idem effectus, kenascencia scilicet, attribuitur. 2. quia Tit. 3. v. 5. dicitur Christum nos salvasse Per lavacrum & c. ubi omnia verba propriè intelligenda. 3. quia Eph. 5. v. 26. Ecclesia dicitur purgari LAVACRO aquæ in verbo. 4. quia Act. 22. v. 16. Paulus jubetur abluere (baptismo) peccata sua. 5. quia baptizati Christum induerunt, Gal. 3. v. 27. In mortem Christi baptizati sunt, Rom. 6. v. 3. In quibus & similibus scripturæ dictis verborum $\mu\omicron\phi\omicron\omicron\iota$ irrefragabiliter evincunt, S. S. per baptismum, ut organum, verè et realiter hæc & similia bona in baptizatis operari, quod & Patres Orth. docuerunt.

110. Etsi autem Calvinus (s) dictum Christi, Ioh. 3. v. 5. de baptismo non intelligit, sed eandem rem bis dici, & nomen Spiritus expositivè additum esse docet: & Lamb. Dan. (t) $\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon$ pro à disjunctivâ accipi posse judicat: & alii aliter flagellant. Etsi etiam omnes sacramentarii omnia scripturæ & Patrum dicta effectum hunc baptismum ut organo adscribentia impropiè, figuratè, sacramentaliter (u), per $\epsilon\iota\delta\omicron\iota\sigma\omicron\upsilon\pi$ sacramentariâ (x) per sacramentale metonymiam (y) quâ signo tribuitur, quod revera est signati, exponenda esse volunt: dicta tamen scripturæ & Patrum evidentiora sunt, quam ut illis strophis eludi possint. An autem hoc non sit contra Petri præceptum 2. Petr. 1. v. 20. $\mu\omicron\tau\ \iota\delta\iota\omicron\upsilon\mu\ \tau\omicron\iota\lambda\omicron\upsilon\sigma\omicron\upsilon\pi$, cum detestandâ blasphemiam scripturam exponere, eidemq; tam clarè & propriè loquenti manifestam vim inferre, toti Ecclesie sanguine Iesu Christi redemptæ judicandum relinquimus.

111. III. Qui Effectu baptismi fruuntur. Hoc quoq; diligenter explicandum est: ne scripturæ luce privati omnes baptizatos ex equo effectum istum salutariè participare statuamus.

112. Calviniani quidem (z) quia baptismum sacramentum tantum fideliū esse judicant, in genere quoq; docent, ad fideles & Electos tantum effectum

f) Ep. 229.
ad Ioh. Cl.
f. 423. Mar.
in loc. com.
class. 4. l. 8.
de bapt. S.
18. fa. 439.
t) in comm.
in August.
Enchi. ad
Laur. C. 84
fa. 170.
u) Musc. in
loc. com. de
bap. fa. 561.
& 562. Vrs.
Cath. expl.
par. 3. de
bapt. quest.
4. fac. 80.
x) Ste. Zeg.
in loc. com.
in appendi.
ce tab. 2. de
bapt. Cano.
4. fac. 168.
y) Dane. in
Ench. Aug.
ad Lauren.
Ca. 42. fa.
155. Zach.
Vrs. ut sup.
z) Musc. ib.
fa. 540. Be.
za in Q. &
R. par. 2.
q. III. f. 88.

istum perungere: Reprobos verò etiam in infantia baptizatos ad Christi-
 nam pietatem non pervenire, nec fructu baptismi gaudere: prohibere enim
 occultum impedimentum (sc. absolutam & æternam reprobationem) quo
 minus baptismi gratia locum in illis habeat. Ideoq; hinc concludunt (a)
 non omnes baptizatos gratiæ Christi fieri participes: liberam enim esse Dei
 electionem. Sed hoc dogma planè impium est, & universæ scripturæ ex
 citæ merito repugnat.

a) Zach. Vrs. expl. Cat. par. 3. de bapt: thes. 17. fa. 115. Martyr. in L. C. class. 4. loc. 8. S. 15. fol. 437. fa. 2.

b) Roffensis cont: Luth. art. 1. fa. 57. Bell. tom. 2. contr. 2. gen. l. 1. de bapt: cap. 11 à fa. 70. ad 78.

c) Musc: ib. de pædoba: fac: 552. Martyr: ib. S. 14. f. 438. Beza ut su. quæst. 124. fac: 95.

d) Martyr. ibid. S. 15.

e) Beza ut supr: quæst. 128. fa. 99. Martyr S. 14. fac. 438.

113. Vt igitur solidè intelligatur, qui ejus effectus compotes fiant, scien-
 dum est, ex eorum, qui baptizantur, parte, requiri causam mediam seu in-
 strumentalem, quâ gratiam & salutem apprehendant. Hæc juxta scriptu-
 ram nulla alia est, quam fides Iohan. 3. v. 18. qui non credit jam judicatus
 est, quia non credit in nomen unigeniti filii Dei, Galat. 3. v. 26. Omnes
 filii Dei estis per fidem in Christo Iesu, Hebr. 11. v. 6. Impossibile est sine
 fide placere (DEO). Itaq; istâ & infantes & adultos instructos esse oportet, ut
 ipsi baptismus sit salutaris.

114. De adultorum fide non est controversia: sed de fide infantium:
 An hi quoq; eâ sint præditi. Cum igitur verè non possit quæstio hæc, an in-
 fantes baptismi fructum participant, decidi, nisi probatum sit, eos fide esse
 præditos, & aliâ quoq; fides effectibus baptismi annumeretur. non inconve-
 nienter hic de fide infantium doceri posse, persuasum habemus.

115. Pontificii (b) quidem fidem habitualemente infantes habere docent,
 ipsi infusam ex opere operato Baptismi, & eam justificantem vocant. Cal-
 viniani (c) autem scriptitant, eos omni fide carere; licet tamen eos inchoa-
 tam (d) in suo principio & radice, scilicet Spiritu sancto quo donati sint; seu
 dicitur (c) ut sunt dicitur, non enim, animâ quoq; ratiocinante præditi,
 fidem habere concedant.

116. Sed quam ad hæc sint quis non videt? Nam quod ad Pontificio-
 rum opinionem, ad doceri est, docere fidem justificantem esse nudè habitua-
 lem: & de tali fide in universâ scripturâ non docetur. Quod ad Calvinia-
 norum dogma, splendidum est figmentum: nam dare fidem dicitur, est dare
 nullam; dare etiam fidem in principio suo sc. Sp. S., & tamen veram illis de-
 negare fidem, expressam implicat contradictionem: nam spiritum S. habere
 & non fidem, quomodo simul subsistere possint, quis est qui intelligat? Cum
 Spiritus S. & fides non possint vel debeant hic separari. Quam etiam
 aliâ hæc Pontificiorum & Calvinianorum dogmata absurda sint, a scripturâ
 prorsus aliena, & sibi non consentientia, hinc collige. Illi fatentur infantes
 bapri-

Baptizatos salvari: hi idem de infantibus Electis pronunciant. Iam scriptura
unum tantum iustitiæ & salutis assequendæ modum præscribit, scil. per ve-
ram fidem. At illi & isti vel alium modum fingunt; quod faciunt, & scribunt
est: vel inscii & inviti fidem veram infantibus, dum servari eos docent,
attribuunt; quod fateri nolunt, & æque laborat.

117. Vera igitur de fide infantium sententia ita explicatur. Præsuppo-
nantur tria, I. Infantes ante baptismum, neq; in utero materno, neq; in lu-
cem natos sanctos esse, aut fidem habere, 1. quia in peccatis concepti & nati
Psal. 51. v. 7. Caro de carne Iohan. 3. v. 6. naturâ filii iræ Ephes. 2. v. 3.
2. quia sanctitas & fides non ex primâ nativitate, sed ex alterâ seu regene-
ratione infantibus proveniunt: nam parentes non generant, quatenus sunt
fideles & sancti, seu secundum Spiritum, sed quatenus sunt carnales,
seu secundum carnem: quod scriptura indicat, dum Genes. 5. vers. 3.
dicit, Adamum filium genuisse ad imaginem Suam. II. Fidem in infantibus
omnibus & singulis per baptismum aquæ tamquam constitutum regeneratio-
nis lavacrum atq; organum verè accendi & excitari: nam 1. dum bap-
tismus operatur regenerationem, operatur quoq; fidem, cum nec fides à regene-
ratione, nec hæc ab illâ vel momentum separari possit. 2. quotquot bap-
tizati sunt, Christum induerunt, Gal. 3. v. 26. quod de infantibus *καὶ τὸν νεογέννητον* ve-
rum est, At qui Christum induerunt, sunt in Christo. In Christo autem nemo
sine fide. Eph 2. v. 8. III. Rationem huius fidei nobis esse planè incognitam.

118. His ita præmissis, facile invidèa ex scripturâ depromi possunt argu-
menta, quod infantes fidem veram atq; salvificam, eamq; propriam habeant.
I. Christus eis fidem aperte assignat Matt. 18. v. 6. qui in me credunt. 2. Ne-
mo nisi per fidem regnum Dei ingreditur; At infantes regnum Dei ingre-
diuntur Matth. 19. v. 14. Ergo &c. 3. In negotio salutis nostræ ex parte
Dei organa *ὄργανα* non profunt nobis per se, nisi ex nostrâ quoq; parte organon
ὄργανον accedat, quo per organa *ὄργανα* oblata & collata beneficia salutariter
apprehendantur &c. Plura alia brevitatæ causâ omitto. Vnde, quo loco
reputandum sit, quod Beza (f) ex nullo script: loco, neq; ullâ levissimâ con-
jecturâ colligi posse iudicat, fidem infantibus tribuendam esse, apertum est.

119. Ex his jam perspicuè intelligere licet, quinam effectus Baptismi fiant
participes. Nam quod ad infantes, Calviniani (g) in specie docent, eos
non omnes gratiæ Christi fieri participes, liberam enim esse Dei electionem.
Addunt tamen (h) bene de illis omnibus, qui ex fidelibus nascuntur parenti-
bus, sperandum esse: probabiliter censendos esse (i) Deo gratos æternâ Dei ele-

B

Etiane

f in Q. &
R. par. 2.
quæst. 124.
fac. 95.
g) Martyr
ut sup. cl. 1.
4. loc. 8. S.
15. fol. 436.
fa. 2. Zach.
Vrs. expl.
Cat. par. 3.
de Bapt. th.
17. fa. 115.
h) Beza ut
supr. quæst.
123. fa. 94.
i) Idem ib.
quæst. 124.
fa. 95. et 96

k) Idem
ibi. qu. 127.
fac. 97. &
98. Confess.
Helv. prior.
de bap. art.
21. In Har.
confess. fidei
sectione 13.
fa. 91.

l) Zach. Vr.
expl. c. nec.
par. 3. de
bapt. th. 17.
fac. 115.
Martyr ut
supra class.
4. loc. 8. S.
15. fol. 436.
fac. 2.

ctione: præsumi servandos (k). Sed 1. istorum hypothesis de absolutâ electione falsa est. Ergo & illa quæ superstruuntur, non subsistunt. 2. Cum scripturâ pugnant, Gen. 17. v. 7. Ero Deus seminis tui &c. Roman. 6. v. 3. Quicumq; &c. Gal. 3. v. 26. Quotquot &c. hæc respectu effectus etiam apud infantes καθολικά sunt.

120. Docemus igitur & credimus clarissimâ argumentorum ante prolatorum evidentiam commoti, omnes Ecclesiæ infantes baptizatos, verè, infalibiliter & indubitato in baptismo regenerari, à peccatis ablui, & omnem effectum baptismi participare: ita quidem ut de eorum salute, si in infantiam denati fuerint, non probabile tantum, aut $\pi\sigma\omicron\lambda\upsilon\pi\lambda\alpha\delta\omicron\upsilon$, sed certum, infallibile & indubitatum iudicium proferre & posimus & debeamus. Imò de horum salute prorsus nihil dubitandum esse. Etenim hi usu rationis actuali nondum instructi, nec operationi Spiritus sancti veram fidem in illis accendentis repugnant, nec periculo hypocriseos obnoxii sunt, nec fidem lapsibus contra conscientiam excutere possunt.

121. Quod ad adultos; eos quoq; non omnes gratiæ Christi participes fieri Calviniani docent, (l) & rectè. Ratio est: quia isti usu rationis perfectio & completo instructi Spiritui sancto reluctari, hypocrisim alere & fidem excutere possunt. Ideoq; adultorum baptizatorum bipertitum facimus ordinem; unum illorum, qui & ore sincerè consentunt, & corde piè credunt; alterum illorum, qui tempore baptismi ore quidem consentunt, cor tamen non rectum sed hypocrisis fascinatum habent. qualis fuit Simon Magus Act. 8.

122. Prioris ordinis omnes effectum baptismi ratione $\epsilon\pi\iota\delta\omicron\tau\iota\omega\varsigma$ & ob signationis verè & indubitato fruuntur, & tum Sacramentum, tum rem sacramenti prædictâ ratione accipiunt. Posterioris verò ordinis omnes baptismi fructu seu re sacramenti privantur. Sacramentum tamen integrè accipiunt, & verè baptizantur.

123. Et hinc apertum est, quod hypocrisis per baptismum in ipso impoenitentia & perfidia statu, non regnerentur. 1. quia regeneratio non est de Baptismi substantiâ, sed pertinet ad eius effectum. 2. quia regeneratio & hypocrisis in uno eodemq; subjecto simul & semel stare nullo modo possunt, 3. Et hypocrisis verè & actu regenerari asserere, quid aliud est, quam homines impios, $\alpha\delta\omicron\upsilon\varsigma$, DEVM ludificantes, æternæ salutis hæredes verè constituere.

124. Quamvis autem hoc firmum & fixum sit: tamen interim hypocritis quoq; baptismum suâ naturâ esse lavacrum regenerationis, quatenus
rege-

regenerationem & huic annexa beneficia illis verè offert: & quod beneficia ista hypocritis non conferuntur & applicantur, ex vitio incredulitatis & hypocriteos eorum, & sic per accidens, evenire, probè tenendum est.

125. IV. Quando & quamdiu. De tempore, quo baptizati fructu baptismi fruuntur, controversia quoq; nobis est cum Calvinianis: Docent enim isti (m) fructum baptismi non ab ipso momento baptismi incipere, sed ab eo momento, quo incipit fides, & hanc interdum præcedere; interdum subsequi, ut in infantibus baptizatis, modo serius, modo tardius evenit, siquidem adoleverint, & sint ex electorum numero: Item, nos paulatim (n) vi sanguinis Christi per aquam baptismi denotati à peccatis ablui; nec fructum baptismi ad illud (o) momentum, quo cuipiam confertur, coarctandum. Ita regenerationem ab actu baptismi temporis intervallo divellunt; cum tamen regeneratio & emundatio à peccatis sint *ἀπολύσιμα* Io. 3. v. 5.

126. Rectè igitur nos docemus omnes infantes & adultos credentes in ipso baptismi actu sine ullo temporis intervallo fructus atq; effectus baptismi salut. ris reddi participes: cuius assertionis Orthodoxæ fundamenta irrefragabilia ex ante dictis peti possunt. Et vera est; ne otiosam & inutilem fingamus regenerationem.

127. De hypocritis alia ratio. Inter hos ad eos, qui manent hypocrite, fructus baptismi nunquam pertingit. At illi, qui hypocriti valedicentes serio sese ad Deum convertunt, fructu isto fruuntur quovis tempore absq; ullâ baptismi iteratione: nam etsi in hypocritis incredulitas effectum baptismi accepti aliquamdiu impedit, veritati tamen, integritati & substantiæ baptismi nihil detrahit: Et ex Dei parte Christi beneficia in baptismo semel accepto q. deposita, quovis tempore cuivis credenti & agenti pœnitentiam præstò sunt ad salutem, propter *ἀπολύσιμα* Dei promissionem baptismi annexam.

128. Quin etiam, si qui primum inter adultos in fide verè in baptismo fœdus cum Deo inierint, atq; hoc postea quocumq; temporis intervallo ab accepto baptismate interjecto peccatis proæreticis & contra conscientiam militantibus turpiter violarint: nequaquam tamen fœdus illud semel cum Deo in baptismo initum prorsus irritum fieri, aut ita frangi, ut novo fœdere per *ἀπολύσιμα* sanciendo opus sit; sed ex Dei parte ratum, sanctum & immotum toto vite tempore manere, ut quacunq; horâ agentes pœnitentiam ad illud regredi, & in amissorum bonorum plenam possessionem restitui possint, docendum & credendum est: dona enim & vocatio Dei sunt *ἀπολύσιμα* Rom. 11. v. 29. vide etiam Roman. 3. v. 3. & 2. Tim. 2. v. 13. Ex quibus

m) Beza in
Q. & R. pa.
2. qu. 11. fa.
88. Et Mus.
in L. C. de
bap. fa. 540.
n) Beza ib.
quest. 92. es
93. fa. 77.
o) Idem ib.
quest. 111.
fa. 88.

apertum

apertum est, effectum seu fructum baptismi non momentaneum, aut ad momentum certum & singulare coarctandum; sed perpetuum esse, & per omnem baptizatorum vitam durare.

129. Et quæ hæcenus quidem de vero baptismi effectu dicta sunt, ad finem illum referri debent, qui Deum concernit. Iam etiam hic de fine baptizatos concernente, & in obligatione, quâ Deo nos per baptismum regneranti vicissim obstringimus, & spondemus, nos peccato in posterum non servituros, sed in vitæ novitate ambulaturos, consistente, dici fusè satis potuisset: nisi ob multas causas commodum hic subsistendi, & thesisibus istis finem imponendi locum esse judicassetus.

130. Itaq; hæc est præcipuorum doctrinæ de baptismo capitum explicatio contra certamina hodiè *ἐπιπορευόμενα* cum primis directæ: nam cetera hic nimie prolixitatis evitandæ causâ ommissa, inter disputandum oblatâ occasione discutiemus. Certò autem persuasum habemus, nos de hac doctrinæ cælestis parte veram & Orthodoxam Ecclesiarum nostrarum sententiam ex immotis scripturæ fundamentis exstructam proposuisse. Ideoq; publicè testamur, nos Anabaptistarum, Calvinianorum, Pontificiorum & aliarum sectarum blasphemias, furores, & deliramenta abominari, damnare, detestari, & toto pectore ab illis abhorrere.

Oramus autem DEVM, ut nos Spiritu suo sancto in veritate confirmet, ad resistendum suorum Sacramentorum & verbi depravatoribus virtute invictâ munit, & tandem ex tam absurdorum & perversorum hominum colluvie ereptos eternâ beatitudine clementer & paterne exhiberet.

A M E N.





em
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.
101.
102.
103.
104.
105.
106.
107.
108.
109.
110.
111.
112.
113.
114.
115.
116.
117.
118.
119.
120.
121.
122.
123.
124.
125.
126.
127.
128.
129.
130.
131.
132.
133.
134.
135.
136.
137.
138.
139.
140.
141.
142.
143.
144.
145.
146.
147.
148.
149.
150.
151.
152.
153.
154.
155.
156.
157.
158.
159.
160.
161.
162.
163.
164.
165.
166.
167.
168.
169.
170.
171.
172.
173.
174.
175.
176.
177.
178.
179.
180.
181.
182.
183.
184.
185.
186.
187.
188.
189.
190.
191.
192.
193.
194.
195.
196.
197.
198.
199.
200.

etione: præsūmi servandos (h.). Sed 1. istorum hypothesis de absolutā ele-
ctione falsa est. Ergo & illa quæ superstruuntur, non subsistunt. 2. Cum
scripturā pugnans, Gen. 17. v. 7. Ero Deus seminis tui &c. Roman. 6. v. 3.
Quicumq; &c. Gal. 3. v. 26. Quotquot &c. hæc respectu effectus etiam apud
infantes καθολικὰ sunt.

20. Docemus igitur & credimus clarissimā argumentorum ante pro-
torum evidentiā commoti, omnes Ecclesiæ infantes baptizatos, verè, infal-
liter & indubitato in baptismo regenerari, à peccatis ablui, & omnem
in baptisimi participare: ita quidem ut de eorum salute, si in infantiā
suerint, non probabile tantum, aut *πολλοπλασίονος*, sed certum, infallibile
statum iudicium proferre & posimus & debeamus. Imò de horum
suis nihil dubitandum esse. Etenim hi usu rationis actuali nondum
operationi Spiritus sancti veram fidem in illis accendentis repu-
liculo hypocriseos obnoxii sunt, nec fidem lapsibus contra consci-
e possunt.

adultos; eos quoq; non omnes gratiæ Christi participes fieri
(1) & rectè. Ratio est: quia isti usu rationis perfecto
spiritui sancto reluctari, hypocrisim alere & fidem ex-
adultorum baptizatorum bipertitum facimus ordi-
& ore sincerè consentitur, & corde piè credunt;
ore baptisimi ore quidem consentitur, cor tamen
atum habent. qualis fuit Simon Magus Act. 8.
effectu baptisimi ratione *ἠπίδοσις* & obfigna-
& tum Sacramentum, tum rem sacra-
Posterioris verò ordinis omnes baptisimi
sacramentum tamen integrè accipiunt,

123. Et hinc aper-
nitentiæ & perfidiæ stat.
Baptisimi substantiā, sed pe-
hypocrisis in uno eodemq; sub-
3. Et hypocrisis verè & actu
homines impios, *ἀπίους*, DEVM lu-
stituere.

124. Quamvis autem hoc firm-
critis quoq; baptismum suā naturā e)
tamen interim hypo-
erationis, quatenus
rege-